6
10-b
15

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
9 7 B
6

Bibliotheca
Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-10, b, 15
~~14-6-35~~

14
6
60

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILO BYZANTIVS DE SEPTEM ORBIS SPECTACVLIS,

LEONIS ALLATII

opera

Nunc primum Græcè & Latinè prodit, cum Notis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bibl. secr. ex leg.

Coll. Rom. S. I. Card. Pallav.

ROMAE, Excudebat Mascardus, MDCXL.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMIN.^MO PRINCIPI
FRANCISCO
BARBERINO.
S. R. E. VICE-CANCELLARIO

Leo Allatius F.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO.EMANUELE

ABHINC annos factum est sexdecim, Eminentissime Princeps, cùm fausto sanctissimi Patrui tui omine extra modum sumptu, & magnificentia prodiens, Bibliothecam in splendidissimis Barberinis ædibus extruxisti, eo consilio, ut palantia, nec certam incolentia sedem Scriptorum Ingenia, contra vetustatem ævi, liberali, ac perenni accepta hospitio, mutua familiaritate, veluti sociali

Digitized by Google

fœdere, deuincires; atque eadem, tamquam suis in scriptis alloquentia, eruditorum omnium commoditati, rem publicam, maximis admirationibus, fecisti. Qui enim fieri potuit, vt tam multa, tam varia, tam rara Volumina, typis, & calamo in omni linguarum genere, hac atque illac dispersa, tam repentino bono, tam pulcherrimo facinore, in vnum cogerentur? Non solùm immortalitatem, vt rem aperiam, ingeniis dedisti, verumetiam, ipsa custodia, in omnes terras transmittis, vt præsentia vbique esse, & claudi possint. Quod verò tantum opus, præter molis structuram, præter subselliorum artificium, & compactorum Librorum ornamenta, præconium sibi vendicet, tum ipsæ spectantium linguæ testantur, quibus id Miraculum planè dicitur, tum laboriosæ Litera-

tera-

teratorum chartæ, æquam gratiam referentes, prodent. Sanè Philo Byzantius meus, qui de ſeptem Orbis Miraculis *Libellum elegantem, purum, & eloquentiæ luminibus collucentem conſcripſerat, ſed in tenebris ad illum diem cum tineis colluctatum, moram diuturniorem indignatus, non paſſus eſt, cùm de miraculo ageretur, clanculum ipſe ſilentium facere. Lætus ergo prodijt, tuaque ad genua prouolutus ſupplicatum venit, vt unà ipſe cum tot alijs admitteretur, & ad ſeptem illius vetuſta, hoc quoque nouum adderetur miraculum, quo comptior, abſolutiorque compareret. Veruntamen, quod optimè tum promeruerat Philo, vario rerum humanarum turbine, poſthac amiſit: namq; inter Typographorum manus cum alijs non breui abhinc tempore fermè ſeneſcens, nunquam ab illis impetra-*

uit,

uit, vt lucem diutiùs exoptatam typorum beneficio hauriret. Quare, decollante spe, vltra in recentiores tenebras raptari non sustinens, hic Romæ, quando inter exteros id non licuit, sub tui nominis patrocinio emergit; facto ægrè indolens, quòd, cùm hac tempestate multa, potioraque tui prostent miracula, ipse ætate antiquior, humiliora scribere coactus sit. Eum Romana, vt vt potui, toga indutum, Notisque varijs pro historiarum varietate collustratum, Eminentiæ Tuæ primò addictum, nunc demum iterum ipse iampridem addictissimus offero. Sanè is tua, quam hic experitur, humanitate confisus exorabit, vt tui beneficio alia quoque sua doctissima, summèq; vtilia monumenta, quorum partem etiamnum ætas non inuidit, easdem cum Libellulo hocce vices, in publica commoda, luci

tra-

Digitized by Google

tradita ſortiantur: Tu interim, Eminentiſsime Princeps, ſi per grauiſsima, quibus diſtineris, Chriſtianæ Reipublicæ negotia id licuerit, prodigioſam antiquorum ad faſtum tantummodo enatam magnificentiam ex huiuſce lectione Libelli ſpeculare; dum nos generi humano Maximi tui Patrui, tuamque adeo ampliſsimam, & nunquam ſatis admirandam liberalitatem, ac munificentiam æternùm gratulamur. O Deus, ſerua, obſecro, hæc nobis bona.

Digitized by Google

Imprimatur, si videbitur Reuerendisimo P. M. Sacri Pal. Apost.

Io. Bapt. Alt. Episc. Cam. Vicesg.

DE voluntate Reuerendissimi Patris Fr. Vincentij Firenzolæ Sacri Palatij Apostolici Magistri, vidi Philonis Byzantij *de septem Orbis Spectaculis* Libellum, cum notis eruditissimi D. Leonis Allatij, pluribus iam antiquorum monumentis in lucem editis, & edendis spectati. Nihil in eo est, quod Commentatoris sui ingenio non splendeat, quamuis & domestico censu locuples sit, & à singulari quadam elegantia, accuratoque scribendi modo, meritò commendatus. Ita censeo. Romæ in Domo Professa Societatis Iesu. 20. Martij 1640.

Melchior Inchofer, Societatis Iesu.

Imprimatur,

Fr. R. Lucarinus Magister, Reuerendissimi P. S. Pal. Apost. Mag. Socius.

Digitized by Google

ΦΙΛΩΝΟΣ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΘΕΑΜΑΤΩΝ.

PHILONIS BYZANTII

De Septem Spectaculis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

Τῶν ἑπτὰ θεαμάτων ἕκαστον φήμη μὲν γινώσκεται πᾶσιν, ὄψει δὲ σπανίοις ὁρᾶται. δεῖ γὰρ εἰς Πέρσας ἀποδημῆσαι, καὶ διαπλεῦσαι τὸν Εὐφράτην, καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐπελθεῖν, καὶ τοῖς καλοῖς τῆς Ἑλλάδος ἐνεπιδημῆσαι, καὶ τῆς Καρίας εἰς Ἁλικαρνασσὸν ἐλθεῖν, καὶ Ῥόδῳ προσπλεῦσαι, καὶ τῆς Ἰωνίας τὴν Ἔφεσον θεάσασθαι. πλανηθέντα δὲ τὸν κόσμον, καὶ τῷ κόπῳ τῆς

VNumquodq; è septem Orbis Spectaculis, fama quidem nemini non notum, illud autem oculis vſurpare paucissimis datum eſt. Nam adeundi Perſæ, traijciendus Euphrates, peragranda Ægyptus, Græcorum delibandæ delitiæ, Cariæ Halicarnaſſus penetranda, adnauigandum Rhodum, & ad Ionicam Epheſum appellendum: adeò vt quis erroribus varijs actus, fractuſque

Digitized by Google

ἀποδημίας ἐκλυθέντα, τότε πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅτε καὶ τοῖς ἔτεσι τοῦ ζῆν ὁ βίος παρώχηκεν. διὰ τοῦτο θαυμαστὸν παιδεία, καὶ μεγαλόδωρον, ὅτι τῆς ὁδοιπορίας ἀπολύσασα τὸν ἄνθρωπον, οἴκοι τὰ καλὰ δείκνυσιν ὄμματα τῇ ψυχῇ περιδιδοῦσα. καὶ τὸ παράδοξον, ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοὺς τόπους ἐλθὼν ἅπαξ ἴδε, καὶ παρελθὼν ἐπιλέλησται. τὸ γὰρ ἀκριβὲς τῶν ἔργων λανθάνει, καὶ περὶ τὸ κατὰ μέρος φεύγουσιν αἱ μνῆμαι. ὁ δὲ λόγῳ τὸ θαυμαζόμενον ἱστορήσας, καὶ τὰς ἐξεργασίας τῆς ἐνεργείας ὅλον ἐγκατοπτρισάμενος τὸ τῆς τέχνης ἔργον ἀνεξαλεί-

peregrinationis laboribus, tunc, quando vnà cũ viuendi tempore vita ipſa prælapſa eſt, deſiderium expleat. Quãobrem admirabilis eruditio eſt, & valde proficua: itineris enim tædio ſublato, inter domeſticos parietes rerum pulchrarũ aſpectus copiam facit, oculatũ efficiens animum. Et, quod omnium ſuperat expectationem, res eò perueniens aliquãdo contemplatur, ſed inde mox digreſſus earum prorſus obliuiſcitur. Siquidem exquiſita operum ratio latet, labiturque memoria, quæ ſingulas rerum partes conſiderat. Verũ qui oratione, quod in admiratione eſt, conquiſierit, & Artificis in efficiendo opere diligentiam, omnemque conatum veluti in ſpeculo perſpexerit, immortali, perpetuaq; me-

πτους φυλάσσει τοὺς ἐφ' ἑκάστου τῶν εἰδώλων τύπους. τῇ ψυχῇ γὰρ ἑώρακεν τὰ παράδοξα. ὃ δὲ λέγω φανήσεται πιστόν, ἐὰν τῶν ἑπτὰ Θεαμάτων ἕκαστον, ἐναργῶς ὁ λόγος ἐφοδεύσας, πείσῃ τὸν ἀκροατὴν ἐπινεῦσαι τὴν τῆς θεωρίας κομισάμενον δόξαν. καὶ γὰρ δὴ μόνον ταῦτα τῇ κοινῇ τῶν ἐπαίνων προσηγορίᾳ καλεῖται, βλεπόμενα μὲν ὁμοίως, θαυμαζόμενα δ' ἀνομοίως. τὸ γὰρ καλὸν ἡλίῳ παραπλησίως οὐκ ἐᾷ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν, ὅτ' αὖ αὐτὸς διαλάμψῃ.

memoria vniuscuiusque impressã imaginẽ conseruabit; quippe qui animo admirabilia illa speculatus est. Facilè cuiq; suaderi poterit quod dico, si vnumquodque septem Spectaculorum oratio dilucidè percurrens Auditorem persuadebit, his, quæ diximus assentiri, cum ea iam se vidisse cognouerit. Hęc enim solùm communi laudum appellatione vocantur, tamquam, quæ similiter omnes videant, admirentur dissimiliter. Pulchrum enim, æquè ac Sol sui luminis irradiatione, ne cætera videantur, prohibet.

Κῆπος Κρεμαστός.

Ὁ καλούμενος Κῆπος Κρεμαστὸς ὑπέργειον ἔχων τὴν φυτείαν ἐν ἀέρι

Hortus Pensilis.

Hortus, qui dicebatur Pensilis, supra terram consitus,

γεωργεῖται, τοῖς ῥιζώμασι τῶν δένδρων ὑπὲρ ἄνωθεν ὀροφωκῶς τὴν ἄρουραν. λίθινοι μὲν γὰρ κίονες ὑφεστήκασι, καὶ πᾶς ὁ κατάγειος τόπος ἐστὶ διὰ στυλογλύφων. φοίνικες ἰδίᾳ κεῖνται δοκοὶ στενὴν παντάπασι τὴν ἀνάμεσον ἀλλήλων χώραν ἀπολείπουσαι. τὸ δὲ ξύλον τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων οὐ σήπεται. βρεχόμενον δὲ, καὶ τοῖς βάρεσι θλιβόμενον ἄνω κυρτοῦται. τρέφει τε τὰς διαφύσεις τῶν ῥιζῶν ἑαυτοῦ προσλαμβανόμενον, τοῖς ἰδίοις ἀραιώμασι τὴν ἔξωθεν σύμφυσιν. ἐπὶ τούτων πολλὴ, καὶ βαθεῖα καταπέχυται γῆ, καὶ τὸ λοιπὸν τὰ πλατύφυλλα, καὶ μάλιστα κηπευόμενα τῶν δένδρων ἐπιπέφυκεν. ποικίλαι τε, καὶ παντοῖαι φύσεις ἀνθέων, καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ κατὰ πρόσω ἐπιτερπέστατον, καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν ἥδιστον.

in aëre colebatur. Tegebatur tellus radicibus. Lapideæ columnæ ſuppoſitæ, trabeſque palmeæ, haud longo ſpatio ſubſtratæ, libratam molem ſuffulciebant. Id genus lignũ non imbre putreſcit, nec oneri cedit; quin ſurſum nititur, & incuruatur, fibrasque radicum producit, proprijs raritatibus aliũde accerſitos ſurculos accipiens. Super hæc plurima & alta tellus ingeſta; quæ arbores folijs latè luxuriantes, & in primis hortenſes, flores varios, nec vnius generis, &, vt vno dicam verbo, quidquid aſpectu iucundiſſimum, guſtuq; ſuauiſſimum

ϛον. Γεωργεῖται δ' ὁ τόπος ὡς ἐπ' ἀρούραις, καὶ τὰς ἐργασίας τῆς μοχθείας κομίζεται τῇ χέρσῳ παραπλησίως. τήν τε ἀρόσιμον ὑπὲρ κεφαλῆς εἶναι τῶν ἐπὶ τοῖς ὑποστύλοις περιπατούντων. πατουμένης δὲ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας, ὡς ἐπὶ τῶν βαθυγειοτάτων τόπων ἀκίνητος, καὶ παρθένος ἡ περὶ τοῖς ὀροφώμασι μένει γῆ. αἱ δὲ τῶν ὑδάτων ἀγωγαὶ τὰς πηγὰς ἐξ ὑπερδεξίων ἔχουσαι τόπων, τῇ μὲν εὐθύδρομον, καὶ κατάντη ποιοῦνται τὴν ῥύσιν, τῇ δ' ἀναθλιβόμεναι κοχλιοειδῶς ἀνατρέχουσιν, ἀνάγκαις ὀργανικαῖς τῆς ἕλικα τῶν μηχανημάτων περιτροχάζουσαι. εἰς δὲ πυκνὰς, καὶ μεγάλας ἐξαιρόμεναι κρήνας ὅλον ἐπάρδουσι τὸν κῆπον μεθύσκουσαι τῶν φυτῶν τὰς κατὰ βάθους ῥίζας, καὶ νο-

est, educat. Locus æquè ac lati campi, agricolationē subit, admittitque; quemadmodum & rudis ager viuiradices. Subacta terra capitibus eorum impendet, qui subtus inter columnas obambulant: calcata superficie, veluti in profundissimis locis, immobilis ea est, & virgo, quę cōcamerando contignationi deseruit. Aquarum verò ductus dextera fontes habentes, hàc rectà cursum tenent, præcipitesque aguntur, illac organorum vi adacti cuniculatim sursum tolluntur, machinarū amfractibus circumfusi, sicque in magnos, multosque fontes assurgentes, totum hortum irrigant: & altas plantarum

Digitized by Google

τερὰν τηροῦσι τὴν ἄρουραν. ὅθεν εἰκότως ἀειθαλής ἐστιν ἡ πόα, καὶ τὰ πέταλα τῶν δένδρων ἁπαλοῖς τοῖς ἀκρέμοσιν ἐπιπεφυκότα, δροσοπαγῆ, καὶ διήνεμον ἔχει τὴν φύσιν. ἄδιψος γὰρ ἡ ῥίζα τηρουμένη τῇ παρεξοχάζουσαν τὴν ὑδάτων νοτίαν ἀναθηλάζει, καὶ ῥεμβομένη καταγείοις ταῖς δι' ἀλλήλων ἐμπλοκαῖς ὀχὸν, καὶ βεβηκυῖαν ἀσφαλῶς τὴν φύσιν τῶν δένδρων συμφυλάσσει. ἀπάταλον, καὶ βασιλικὸν τὸ φιλοτέχνημα, καὶ τὸ πλεῖστον βίαιον τὸν πόνον τῆς γεωργίας ὑπὲρ κεφαλῆς κρεμάσαι τῶν θεωρούντων.

radices inebriantes, ſolum humore perẽni perfundunt. Hinc igitur herbæ ſemper vireſcunt, & arborum folia teneris ramis adnata, iugi irroratione vegetantur. Radix quippe neutiquam ſitiens, circumfuſum aquarum humorem vberrimè ſufficit, mutuiſq; & ſubterraneis aliarum amplexibus vaga, firmiter increſcẽtes arbores conſeruat. Deliciosum atq; Regium artis opus, & vt plurimùm violentum, Agriculturæ laborem ſupra caput appendiſſe aſpicientium.

Αἱ ἐν Μέμφει Πυραμίδες.

Memphiticæ Pyramides.

Τὰς ἐν Μέμφει Πυραμίδας κατασκευά-

MEmphiticas Pyramides, extruere haud

σαι μὲν ἀδύνατον, ἱστο-
ρῆσαι δὲ παράδοξον. ὄρη
γὰρ ὄρεσιν ἐπιδεδόμηται,
καὶ τὰ μεγέθη τῶν τετρα-
πέδων κύβων δυσεπι-
νόητον ἔχει τὴν ἀναγκὴν,
ἑκάστου διαποροῦντος, τίσι
βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη
τῶν ἔργων ἐμοχλεύθη.
τετραγώνου γὰρ τῆς στάσεως
ὑφεστώσης, οἱ μὲν κατώ-
ρυγες λίθοι τὴν θεμελίωσιν
ἔχουσιν ἰσομεγέθη τοῖς
ὑπεργείοις ὕψεσι τοῦ κα-
τασκευάσματος ἑκάστου,
καὶ κατ' ὀλίγον συνά-
γεται τὸ πᾶν ἔργον εἰς
πυραμίδα, καὶ γνώμονος
σχῆμα. καὶ τὸ μὲν ὕψος
ἐστὶ πηχέων τριακοσίων.
ἡ δὲ περίμετρος σταδίων
ἕξ. συνάρμον δὲ καὶ κα-
τεξεσμένον τὸ πᾶν ἔργον,
ὥστε δοκεῖν ὅλου τοῦ κα-
τασκευάσματος μίαν εἶναι
πέτρας συμφυΐαν. ποι-
κίλαι δὲ καὶ πορφυραὶ λί-
θων φύσεις ἀλλήλαις
ἐπιδεδόμηνται. καὶ τὰ

haud poſſibile, refer-
re ſupra fidē eſt. Mon-
tes enim montibus
ſuperædificati, immē-
ſitateſque quadrato-
rum lapidum mentis
aciem perſtringunt;
adeò vt quibus viri-
bus tanta operū pon-
dera ſubuecta ſint,
intelligat nemo. Stat
quadrata baſis: defoſſi
fundamentis lapides
vniuſcuiuſque molis,
quam terra ſubſtinet,
celſitudini reſpondēt:
gracileſcit paulatim
opus, & in conum,
gnomoniſq; ſpeciem
extenuatur. Trecen-
torum cubitorum al-
titudo eſt, ambitusq;
ſtadiorum ſex. Ita ve-
rò compaginatur ar-
ctè ſtructura, leuiga-
turque, vt ſolidus eſſe
lapis videatur. Varius,
& purpureus in pri-
mis color adaggerata

Digitized by Google

μὲν ἐστὶν ἡ πέτρα λευκὴ, καὶ μαρμαρεῖτις, τῇ δὲ αἰθιοπικὴ, καὶ μέλαινα, καὶ μετὰ ταύτην ὁ καλούμενος αἱματίτης λίθος, εἶτα ποικίλος, καὶ διάχλωρος ἀπὸ τῆς Ἀραβίας, ὥς φασι, κεκομισμένος. ἐνίων δ' ὑελίζουσιν αἱ χρόαι, κυαναυγῆ τὴν φύσιν ἔχουσαι. καὶ μετὰ τούτους ὡσεὶ μηλοβαφές ἐστιν, ἄλλων δὲ πορφυρίζει τὸ χρῶμα, καὶ τοῖς διὰ τῶν κογχυλίων θαλασσοβαφουμένοις ἐξομοιοῦται. προσέτι δὲ τῷ μὲν καταπληκτικῷ τὸ τερπνὸν, τῷ δὲ θαυμαστῷ τὸ φιλότεχνον, τῷ δὲ πλουσίῳ τὸ μεγαλεῖον. καὶ τὸ μὲν τῆς ἀναβάσεως μέγεθος ὁδοιπορίας ἔχει κόπον. ἡ δ' ἐπὶ τῆς κορυφῆς στάσις σκοτεῖ τὰς ὄψεις τῶν εἰς τὰ βάθη καταθεωρούντων. τῆς προσόψεως τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων τὴν πολυτέλειαν. τῆς χορηγίας βασιλι-

ſaxa cõmendat. Neq; hinc cãdidus, & marmoreus, neque illinc Æthiopicus, & niger abeſt. Ibi non Hæmatitem, nec diſcolorem, & ſubviridem ex Arabia, vt aiunt, aduectum deſideres. Nonnulli vitro ſimiles cæruleum emittunt ſplendorem: hos excipiunt melini. Alij itẽ purpurei, non ſecus,ac quę marinis cõchylijs infecta ſunt. Additur præterea ſtupori venuſtas, admirationi ſtudium, magnificentiæ ſumptus. Aſcenſus magnitudo itineris præſefert laborem. E' faſtigio ima intuẽtium oculi caligant. Colorum gratiæ magnificentia, regiæq; di-

κῷ

Digitized by Google

καὶ τῷ πλούτῳ παρύφασμον. καυχάσθω τέχνη πιστεύσασα ταῖς ἐξυπηρετημέναις δαπάναις, καὶ τῶν ἄστρων ἐφάψασθαι. ἢ γὰρ ἄνθρωποι διὰ τῶν τοιούτων ἔργων ἀναβαίνουσι πρὸς Θεοὺς, ἢ Θεοὶ καταβαίνουσι πρὸς ἀνθρώπους.

uitiæ innexæ ſunt. Glorietur ars, pro cōperto habens ſe ſubminiſtratis ſumptibus ſidera tangere. Etenim vel homines per hæc opera ad Deos aſcendunt, vel Dij deſcendunt ad mortales.

Ζεὺς Ὀλύμπιος.

Διὸς Κρόνος μὲν ἐν οὐρανῷ, Φειδίας δ' ἐν Ἤλιδι πατήρ ἐστι. ὃν μὲν γὰρ ἀθάνατος φύσις ἐγέννησεν, ὃν δὲ Φειδίου χεῖρες μόναι δυνάμεναι Θεοὺς τίκτειν. μακάριος ὁ καὶ θεασάμενος τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου μόνος, καὶ δεῖξαι δυνηθεὶς ἄλλοις τὸν κεραυνοῦχον. εἰ δ' αἰσχύνεται Ζεὺς Φειδίου καλεῖσθαι, τῆς μὲν εἰκόνος αὐτοῦ γέγονεν ἡ τέχνη μήτηρ. διὰ τοῦτο φύσις ἤνεγκεν ἐλέφαντας, ἵνα

Iuppiter Olympius.

IOuis quidem in Cælo Saturnus, in Elide verò Phidias pater eſt. Eundem enim immortalis Natura, & Phidiacæ manus, Deorum ſolę effectrices, pepererunt. Illum beatum, qui Orbis dominum ſolus inſpexit, alijsq; oſtendere potuit fulminatorem! At ſi Iouem Phidiæ dici pudet, eius certè imaginis mater Ars fuit. Nec

aliam

Φειδίας τεμὼν τοὺς τῶν θηρίων ὀδόντας χορηγήσῃ καὶ τὴν εἰς τὸ κατασκευαζόμενον ὕλην. ἀγέλαις ἐλεφάντων ἡ Λιβύη δαψιλεύσεται. τοιγαροῦν τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἑπτὰ θεαμάτων θαυμάζομεν μόνον, τοῦτο δὲ καὶ προσκυνοῦμεν. ὡς μὲν γὰρ ἔργον τέχνης παράδοξον, ὡς δὲ μίμημα Διός. ὅμοιον ἔχει τοίνυν ὁ μὲν πόνος ἔπαινον, ἡ δ' ἀθανασία τιμήν. ὦ καιρὲ τῆς Ἑλλάδος καὶ πλουτήσας εἰς θεῶν κόσμον, ὁπόσον οὐδεὶς ὕστερον ἐπλούτησεν, καὶ τεχνίτην ἔχων δημιουργὸν ἀθανασίας, ὁπηλίκον ὁ μεταγενέστερος βίος οὐκ ἐνήνοχεν. καὶ δεῖξαι δυνηθεὶς ἀνθρώποις θεῶν ὄψεις, ἃς ὁ μὲν παρὰ σοὶ θεασάμενος παρ' ἄλλοις ἰδεῖν

aliam ob caussam Natura Elephantos produxit, quàm vt Phidias harũ belluarum exsectis dentibus materiam haberet, qua, quod prę manibus esset, opus perficeret. Exuberet modò Elephantorum armentis Libya. Reliqua nos Orbis Spectacula tãtùm miramur; hoc verò colimus, & adoramus: siquidem vt artis opus admirationem, vt Iouis signum venerationem excitat. Itaque nec labor gloria, nec immortalitas cultu caret. O' Græciæ tempora, tanto Deorum splendore aucta, quãto nec olim vlla; immortalitatis Artificẽ nacta, cui parem posterius æuum non tulit; ostentare sueta diuinos hominibus aspectus, quos, vt quis semel

apud

οὐκ ἂν δυνηθείη. καὶ γὰρ δὴ τὸν μὲν Ὄλυμπον πλεῖστον χρόνον Φειδίας νενίκηκεν, τοσοῦτον ὅσον ὑπονοίας μὲν ἐνάργεια, ἱστορίας δὲ γνῶσις, ὄψις δὲ ἀκοῆς ἐστὶ βελτίων.

apud vos vidit, nusquam ampliùs visurus est. Tantùm igitur Olympum ipsum Phidias superauit, quantò opinione euidentia, inquisitione agnitio potior, & auribus oculi certiores.

Ὁ ἐν Ῥόδῳ Κολοσσός.

Colossus Rhodius.

Ῥόδος ἐστὶ πελαγία νῆσος, ἣν τὸ παλαιὸν ἐν βυθῷ κρυπτομένην Ἥλιος ἀνέδειξεν αἰτησάμενος παρὰ θεῶν ἰδίαν γενέσθαι τὴν ἀναφανεῖσαν. ἐν ταύτῃ Κολοσσός ἐστι πηχέων ἑβδομήκοντα διεσκευασμένος εἰς Ἥλιον. ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ θεοῦ μόνοις ἐγνωρίζετο τοῖς ἐξ ἐκείνου. τοσοῦτον δ᾽ ὁ τεχνίτης ἐδαπάνησε χαλκόν, ὅσος σπανίζειν ἔμελλε

RHodus Insula mari alluitur. Eam antiquo æuo in profundo latentem Sol manifestauit, Dijs exoratis, vt, quæ iam apparuerat, sibi concederetur, ipsiusque esset. In illa Colossus est septuaginta cubitorũ altitudine, Soli sacer. Imago quippe Dei illius Viris solummodo, qui ex eo erant, innotuerat. Tantùm verò Artifex æris consumpsit, vt metalla cætera, fodinæque imminutæ defice-

λε τὰ μέταλλα. τὸ γὰρ χώνευμα τοῦ κατασκευάσματος ἐγένετο χαλκούργημα τοῦ κόσμου. μήποτε δὲ διὰ τοῦτο ὁ Ζεὺς Ῥοδίοις θεσπέσιον κατέχευε πλοῦτον, ἵνα τοῦτον εἰς τὴν Ἡλίου δαπανήσωσι τιμὴν, τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ταῖς ἐπιβολαῖς ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζοντες; τοῦτον ὁ τεχνίτης ἔσωθεν μὲν σχεδίαις σιδηραῖς, καὶ τετραπέδοις διησφαλίσατο λίθοις, ὧν οἱ διάπηγες μοχλοὶ Κυκλώπειον ἐμφαίνουσιν ῥαιστηροκοπίαν. καὶ τὸ κεκρυμμένον τοῦ πόνου τῶν βλεπομένων μεῖζόν ἐστιν. ἐπαπορεῖ γὰρ ὁ θαυμαστὴς τῶν θεωρουμένων ποίαις πυράγραις, ἢ πηλίκαις ὑποστάσεσιν ἀκμόνων, ἢ ποταπαῖς ὑπηρετῶν βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη τῶν ὀβελίσκων ἐχαλ-

ficerent: namque ipſa conflatura opificij Orbis totius imago fuit. Eòne Iuppiter Rhodijs immenſam diuitiarum vim infudit, vt eam in Solis honorem impendentes, Dei ſimulacrum è terra ad Cælum conarentur educere? Coloſsũ Artifex intus pontibus ferreis, & quadratis lapidibus connexuit, quorum conglutinãtes vectes Cyclopios malleorum ictus oſtendant. Maius quiddam eſt quod labor obtegit, quàm quod videtur. Hęſitat quippè admirator, ſimul ac ſpectator, quibuſnam forcipibus, aut incudum cõpagibus, aut igneis fabrũ viribus ſimiles obeliſcorum moles conflatæ ſint. Baſi enim è candido

dido

κεύθη. ὑποθεὶς δὲ βάσιν ἐκ λευκῆς, καὶ μαρμαρίτιδος πέτρας ἐπ' αὐτῆς μέχρι τῶν ἀστραγάλων πρώτους ἤρεισε τοὺς πόδας τοῦ Κολοσσοῦ νοῶν τὴν συμμετρίαν, ἐφ' ὧν ἔμελλε Θεὸς ἑβδομηκοντάπηχυς ἐγείρεσθαι. τὸ γὰρ ἴχνος τῆς βάσεως ἤδη τοὺς ἄλλους ἀνδριάντας ὑπερέκυπτε. Τοιγαροῦν οὐκ ἐνῆν ἐπιθεῖναι βαστάσαντα τὸ λοιπόν. ἐπιχωνεύειν δὲ ἀεὶ τὰ σφυρά, καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰκοδομουμένων ἀναβῆναι τὸ πᾶν ἔργον ἐπ' αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἄλλους ἀδριάντας οἱ τεχνῖται πλάσσουσι πρῶτον, εἶτα κατὰ μέλη διελόντες χωνεύουσιν, καὶ τέλος ὅλους συνθέντες ἔστησαν. τούτῳ δὲ τῷ πρώτῳ χωνεύματι τὸ δεύτερον μέρος ἐπιπέπλασται, καὶ τούτῳ χαλκουργηθέντι τὸ τρίτον ἐπιδεδίμηται, καὶ

dido marmore ſuppoſita, exquiſitiſſima ſymmetria Coloſſi plantas ad calcaneum vſque primùm firmauit, quibus ſeptuaginta cubitorum Deus inniteretur. Nã baſis veſtigium cætera Simulacra ſupereminebat. Igitur fieri minimè poterat, vt reliquum deferendo apponeret, malleoloſq; pedum adaptaret, & veluti in ædificijs totum opus ſuper eo erigeretur. Propterea reliqua Simulacra artifices primùm quidem fingũt, deinceps in membra diuiſa conflant, tandem omnia rectè cõpoſita erigunt. Huius autem prima fuſura perfecta, ſecunda pars perficitur, qua abſoluta tertia ſuperædificatur:

Digitized by Google

τὸ μὲν τοῦτο πάλιν τὴν αὐτὴν τῆς ἐργασίας ἔσχηκεν ἐπίνοιαν. οὐ γὰρ ἐνῆν τὰ μέλη τῶν μετάλλων κινῆσαι. τῆς χωνείας δὲ γενομένης ἐπὶ τῶν προτετελεσμένων ἔργων, αἵ τε διαιρέσεις τῶν μοχλῶν, καὶ τὸ πῆγμα τῆς σχεδίας ἐτηρεῖτο, καὶ τῶν ἐντιθεμένων πετρῶν ἠσφαλίζεζετο τὸ στήκωμα, ἵνα διὰ τῆς ἐργασίας τηρήσῃ τὴν ἐπίνοιαν ἀσάλευτον, ἀεὶ τοῖς οὔπω συντελεσθεῖσι μέλεσι τοῦ Κολοσσοῦ χοῦν γῆς ἄπλατον περιχέων, κρύπτων τὸ πεπονημένον ἤδη, κατάγειον τὴν τῶν ἐχομένων ἐπίπεδον ἐποιεῖτο χωνείαν, ἐκ δὲ τοῦ κατ' ὀλίγον ἀναβὰς ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς ἐλπίδος, καὶ πεντακόσια μὲν χαλκοῦ τάλαντα δαπανήσας, τριακόσια δὲ σιδήρου, τὸν Θεῷ

catur; & quæ tertiam ſequitur ſimilẽ operationem ſortitur. Neque enim concedebatur membra ænea mouere. Fuſura completa, ſuper iam cõfectis operibus diuiſiones vectium, ponteſque nexi obſeruabantur, & lapidum, qui imponebantur, æquipondiũ ſtabiliebatur; adeò vt opus ſeruaret immotum; illis membris Coloſſi, quæ nondum perfecta erant, puluerem immẽſum circumfundens Artifex, quod elaborarat occultans, ſubterraneam, ac firmam conflaturam faciebat. Tandem paulatim ad operis exitũ, vt ipſe ſperauerat, perueniens, & quingentis æris talentis inſumptis, ferriq; trecentis,

τὸν Θεὸν ἴσον ἐποίησεν, μέγα τῇ τόλμῃ βαστάσας ἔργον. ἥλιον γὰρ δεύτερον ἀντέθηκε τῷ κόσμῳ.

tis, Deo Deum ęqualem confecit; audacia magnũ opus adortus: Solem quippe secundum mũdo opposuit.

Τείχη Βαβυλῶνος.

Σεμίραμις ἐς βασιλικὴν ἐπλούτησεν ἐπίνοιαν. τοιγαροῦν ἀπέθανε θεάματος θησαυρὸν ἀπολείπουσα. Βαβυλῶνα γὰρ ἐτείχισε τριακοσίων ἑξήκοντα σταδίων βαλλομένη θεμελίωσιν, ὥστε τὴν περίμετρον τῆς πόλεως ἡμεροδρόμου κόσμον ἔχειν. ἔστι δ' οὐκ ἐν τῷ μεγέθει μόνῳ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἀσφάλειαν τῆς οἰκοδομίας, καὶ περὶ τὰ πλάτη τῶν μέσων τόπων. ὀπτῇ γὰρ πλίνθῳ, καὶ ἀσφάλτῳ δεδόμηται. καὶ τὸ μὲν

Muri Babylonij.

Semiramis regium animum diuitijs abundè expleuit. Decedens enim thesaurũ Spectaculi posteris reliquit. Nam Babylona męnibus cinxit, trecentorum & sexaginta stadiorum iactis fundamentis; ita vt Vrbis ambitum solidi diei iter æquaret. Nec tantùm propter magnitudinem mœnia illa admiranda sunt, sed etiam propter firmitatem ædificationis, & intermediorum locorum latitudines. Coctilibus namque laterculis, & bitumine fabricata sunt. Muri altitudo

ὕψος ἐστὶ τοῦ τείχους πλέον ἢ πεντήκοντα πήχεων. τὰ δὲ πλάτη τῶν περιδρομίδων ἅρματα τέθριππα τέσσαρα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν διιππεύει. πολύστατοι δὲ, καὶ συνεχεῖς οἱ πύργοι δέξασθαι τοῖς χωρήμασι δυνάμενοι στρατοπέδου πλῆθος. Τοιγαροῦν ἡ πόλις ἐστὶ τῆς Περσίδος προτείχισμα, καὶ λέληθεν ἐν αὐτῇ τὴν οἰκουμένην κατακεκλεικυῖα. τοσαῦται μυριάδες ἀνθρώπων τὸν ὅλον αὐτῆς κύκλον κατοικοῦσιν. τηλικαύτην δὲ δυσκόλως ἄλλην χώραν γεωργοῦσι, τηλικαύτην Βαβυλὼν οἰκουμένην ἔχει. καὶ παρὰ μόνοις ἐκείνοις ἐντὸς τείχους ἀποδημοῦσιν κατοικοῦντες.

do quinquaginta cubitorum mensuram excedit, at deambulationum latitudines quadrigas quatuor eodem tempore in equestre certamen admittunt. Turrium abundantissima copia est, nec rara vicinitas, quę iusti exercitus receptaculum esse possunt. Est igitur Ciuitas Persidis antemurale, & in se ipsa terrarum Orbem includit; tot hominum myriades ambitum eius accolunt. Nec facile est tantum terrarũ excoli, quantum in se Babylon habitata continet: & inibi solùm inter męnia peregrinantur habitantes.

Ο᾽ ἐν

Ὁ ἐν Ἐφέσῳ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος.

Ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ναὸς ἐν Ἐφέσῳ μόνος ἐστὶ θεῶν οἶκος. πεισθήσεται γὰρ ὁ θεασάμενος τὸν τόπον ἐνηλλάχθαι, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς ἀθανασίας κόσμον ἐπὶ γῆς ἐπερεῖσθαι. Γίγαντες γὰρ, ἢ τῶν Ἀλωέως παίδων, οἱ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάβασιν ἐργασάμενοι, ὄρεσι χωννύοντες τὸν οὐ ναὸν, ἀλλ' Ὄλυμπον. ὥστε τῆς μὲν ἐπιβολῆς τολμηρότερον εἶναι τὸν πόνον, τὸν πόνου δὲ τὴν τέχνην. τὸ γὰρ ἔδαφος τῆς ὑποκειμένης γῆς λύσας ὁ τεχνίτης, καὶ τὰ βάθη τῶν ὀρυγμάτων καταβιβάσας εἰς ἄπειρον ἐβάλλετο τὴν κατώρυγα θεμελίωσιν, ὀρῶν λατομίας δαπανήσας εἰς τὰ

Templum Dianæ Ephesiæ.

EPhesi Dianæ Templum sola est Deorum domus: quicunque enim aspexerit, facile, mutata esse loca, & cælestem immortalitatis decorem super terrã accubuisse, credet. Gigantes quippe, siue Aloidæ, qui in Cælum scandere tentarunt, moliti sunt hoc, non quidem Templum, sed Olympum; montibus vsque aggestis, adeò vt audacior conatu sit labor, & ars labore. Proscisso namque subiectæ terræ solo Artifex, & profunditatibus excauationũ in immensum productis, altiùsq; defossis, lapidibus, fundamenta substruxit, montium integras lapidicinas insumens in opera,

ὑπὸ γῆν καμπτόμενα τῶν ἔργων. ἐρείσας δὲ τὴν ἀσφάλειαν ἀσάλευτον, καὶ προϋποθεὶς τῷ ἄτλαντα τοῖς βάρεσι τῶν μελλόντων ἐπαπερείδεσθαι, πρῶτον μὲν ἔξωθεν ἐβάλλετο κρηπῖδα δεκάβαθμον, διεγείρων πρὸς βάσιν μετεωροφανές, καὶ περὶ * * *

quæ infra terram cõtorta deflectebantur. Inconcussa verò securitate suffulciẽs, & telamone preſupposito, ad onera eorum, quæ deinceps incubitura erant, sustinenda, primùm quidem deforis decem graduum crepidinem substituit, ad basim eminentem erigens, & * * *

LEONIS ALLATII IN PHILONEM DE SEPTEM ORBIS SPECTACVLIS NOTÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ.

PAg. 1. ℣. 1. Φίλωνος. De Philone Byzantio, & alijs. Plura in noſtra de Philonibus Diatriba.

Pag. 1. ℣. 11. Τῶν ἑπτὰ Θεαμάτων. Quæ Græci ἑπτὰ Θεάματα communi vſu commendant, Caſſiodorus, *Septem fabricarum in terris miracula*, Diodorus τὰ ἑπτὰ τὰ περιφανέστατα ἔργα, ea Vitruuius latinè in Proœmio lib. 7. *ſeptem Spectacula* nuncupauit. Ideo admiranda, quia longè ſpectentur, nec facilis ad ea omnibus aditus, Excerpta ex Himerio apud Photium. τίς δ' ἂν εἴη Πυραμίδων λόγος, εἰ μὴ πόῤῥω τοῦτο τὸ Θέαμα, ἢ τοῦ κατ' Αἰθίοπας λίθου τοῦ Μέμνονος, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἄνω τῆς πολλῆς θέας ἡ μήτηρ ἔστησε. Septem tantùm traduntur fuiſſe, & ea quę noſter hic Auctor recenſet, *Horti Penſiles*, *Pyramides Aegyptiæ*, *Iouis Olympici Simulacrum*, *Coloſſus Rhodius*, *Muri Babylonici*, *Dianæ Epheſiæ templum*, *Mauſoli ſepulchrum*. Alij addidere *Cyri regiam*, *Turrim Phariam*, *Labyrinthos*, *Cornutum Ammonem*, *Delium Apollinem*, *Thronum Alexandri*, *Capitolium*, *Hadriani Imperatoris Templum Cyzici factum*, *Molem Tranſtiberinam*, *Syluam Ruſſiniam*. & alia. Vnde nonnulli collegerunt dena quaterna eſſe, non ſeptem. Fama tamen, ſermoneq; communi probatum eſt ſe-

Digitized by Google

ptenario numero, veluti ſanctiori includi. In quo conueniant licet Scriptores, diſconueniunt tamen in eorum aſſignatione. Vide Antipatrum εἰς ναὺς, Antholog. epig. 1. Martialem in Amphiteatrum Cæſaris, Caſſiodorum lib. 7. Epiſt. 15. Politianum in Manto, Ioannem Sapidum in Sylua de Labyrintho. Incertus MS. Τὰ ἑπτὰ Θεάματα. α΄. Ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ζεὺς πηχέων λϛ΄. β. Ὁ τῆς Ἐφεσίων Ἀρτέμιδος ναός. γ. Ὁ ἐν Δήλῳ κεράτινος Βωμός, ὃς λέγεται γενέσθαι ἐκ θυμάτων τοῦ Θεοῦ μιᾶς ἡμέρας δεξιῶν κεράτων. δ΄. Τὸ Μαυσώλειον, τὸ ἐν Ἁλικαρνασσῷ. ε΄. Αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Πυραμίδες, ὧν ἡ μείζων πήχεις ἔχει τετρακοσίους. ϛ΄. Τὰ Βαβυλώνια τείχη. ζ. Ὁ ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸς πηχέων ό, ὃν ἐποίησε Χάρης ὁ Λίνδιος. τινὲς δὲ τάττουσι καὶ τὸν ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸν, καὶ τὸν ἐν Παρίῳ Βωμὸν, καὶ τοὺς Κρεμαστοὺς Κήπους, καὶ τὸ ἰσαμήλιον Ἀθηνᾶς ἐν Ἀθήναις, καὶ τὰ Κύρου Βασίλεια. Proſtant, Lector, Opuſcula de ſeptem Orbis Spectaculis alias edita.

Pag. 1. ℣. 13. Φήμη μὲν γινώσκεται πᾶσιν. Sumptus quippe immenſi, vitæ perexiguum ſpatium, corporis robur imbecille, natura citiſſimè faſtidiens, & deferueſcens, labores ardui, viarum duriſſimæ viciſſitudines, Dynaſtarum improbitas, & importuna moroſitas, hominum ingenium alieni ſemper auidum, ſemper rapax, latronum beneficium,

homi-

homines pronos ad optima quæque vſurpanda, à ſimili prouincia arcent, & oculis veluti nebulam offundunt, ne videant. Quare fama tantùm, quæ pulchra ſunt, dignaq; quæ ſpectentur, ſi acceperimus, ſatis nobis feciſſe opinamur, nec vltra certiſſimum oculorum teſtimonium inquirimus. Diuinæ ſolummodo naturæ datum eſt adeſſe rebus omnibus, ac res ipſæ ſibi ipſis, eaſque penetrare, & diuinæ mentis acie vno ictu deprehendere. Homerus res geſtas Græcorum præteritas, ætate iam ſeneſcentes, & memoriam fugientes narraturus, Muſarum opem implorat, famam negligit à domeſticis emanatam auctoribus Iliad. β'.

Pag. 1. ỷ. 15. Δεῖ γὰρ εἰς Πέρσας. Perſæ namque Hortos penſiles, Euphrates Muros, Ægyptus Pyramides, Iouis ſimulacrum Elis in Græcia, Halicarnaſſus Cariæ Mauſolæum, Coloſſum Rhodus, Dianæ templum Epheſus continebant. in quibus enumerandis vide ſis verborum copiam, quam nonniſi in magnis Scriptoribus inuenies.

Pag. 1. ỷ. 25. Πλανηθέντα δὲ τὸν κόσμον. Peregrinantium labores, pericula, artes, modos optimè pertractat Iullius Bellus Iuſtinopolitanus, Hilarius Pruchmaius, *Salomo* Neugebauerus, Henricus Rantzouius, & alij. De obſeruandis in itineribus, adi Synopſim

apud Nathanum Cythręum in Delicijs variorum in Europa itinerum.

Pag. 12. ỷ. 10. Ὄμματα τῇ ψυχῇ προσδιδοῦσα. Scientia quippe, cognitio, rerum aprehensio, & perceptio, animi oculi ſunt. Sic apud Ciceronem Tuſcul. Quæſt. lib. 1. animus, dum ſe ipſum intelligit, ſe ipſum videt, *Eſt illud quidem vel maximum animo ipſo animum videre*. Certa enim rerum in animo euidentia, & firma, ac conſtans aſſenſio, nec non vis animi, quæ nullo modo dubitat ad res deprehendendas, luminis in ipſo animo vices gerunt. nam quem vſum corpus ex oculis, oculi ex lumine, eundem ex iam dictis, animus, eiusq; facultas habet. Philoſtratus epiſt. ad Athenodorum, οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾶν. σὺ δ' ἀκολὼ ἀπάζας, ἐρᾷς Ἰωνικοῦ μειρακίου οἰκῶν Κόρινθον. τουτὶ δὲ μανικὸν φαίνεται τοῖς οὔπω εἰδόσιν, ὅτι νοῦς ὁρᾷ. & ſicut corporeorum nullæ aliæ epulæ ſunt, quàm ſpectacula, Plautus in Pœnulo 5. 4.

> *Fuit hodie operæpretium eius, qui amabilitati*
> *animum addiceret,*
> *Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum*
> *eo viſere venit.*

& Chryſoſtomus, Τροφὴ ὀφθαλμῶν θεωρία: ita & eorum, qui animi ſunt, μάθησις, καὶ παιδεία. μαθήσεις namque, & per illa ἀληθεῖα oculos animi, lumen addentes, à tenebris purgant.

Plato

Plato lib. 7. de Legibus. Τὸ δ' ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστοις ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε, καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον, καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀνομάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. Philo Iudæus in Flaccum. Δεινὸς γὰρ ὁ νοῦς τὰ κατὰ μέρος ἐν χρόνῳ μακρῷ γενόμενα πάνθ' ἅμα ἰδεῖν, καὶ πάντων ἀθρόον ἀκοῦσαι. Idem de Legatione ad Caium. Ὀφθαλμοῖς μὲν γὰρ τὰ ἐν φανερῷ, καὶ ἐν χερσὶ καταλαμβάνεται. λογισμὸς δὲ φθάνει καὶ πρὸς τὰ ἀόρατα καὶ μέλλοντα, οὗ τὴν ὄψιν ὀξυωπεστέραν οὖσαν τῆς δι' ὀμμάτων σώματος ἀμαυροῦσι μὲν, οἱ μὲν ἀκράτῳ καὶ πλησμοναῖς ὑποσυγχέοντες, οἱ δὲ τῷ μεγίστῳ τῶν κακῶν ἀμαθίᾳ. Hæc vis animi in quibuſdam acrior eſt, in alijs hebetior, quemadmodum, & aſpectus corporis, his acutior, illis obtuſior. animi tamen cæcitate nihil miſerius. Lactantius lib. 7. cap. 13. contra Ariſtoxenum, qui dicebat animam conſtare dumtaxat harmonia, ille *oculos quidem habuit incolumes, cor tamen cæcum, qui viuere ſe, & habere mentem, qua idipſum cogitauerat, non videbat*. Vide Iacobum Pontanum in lib. 15. Metamorph. 64.

Pag. 3. ℣. 16. Τὸ γὰρ καλὸν ἡλίῳ παραπλησίως. Ampliſſima ſplendoris effuſione luce rebus miniſtrata, ablatisq; tenebris, necnon

& re-

& reliquis luminosis occultatis in se ipsum contuentium animos trahit. Non minus pulchra videntium animos ab alijs abstrahunt, & in semet conuertunt. tantùm illis pulchrum optabile est, cætera sordent, diuitiæ, parentes, amici. illo solo immoderatam appetitus sitim explent, nullo alio quæstu iuuantur, cæciq; alioquin fiunt oculatissimi. Aristænetus lib. 1. epist. 24. Ἐμὲ γὰρ οὐδὲν θάλπει κέρδος, ἀλλ' ὃ θέλω. θέλω δὲ Λυσίαν. ex Alciphrone, Ἐμὲ δ' οὐθὲν θάλπει τι δόξα, ἀλλ' ὃν θέλω δὸς Τίμαρχον Δάμαλις. Elegantissimus locus Platonis in Phædro mirum quantum hunc Philonis locum illuminat, quem, quia commentarij loco esse potest, hic ascribam. Μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν. ἐξ ἀμφοτέρων μεμιγμένων ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ πάθους, καὶ ἀποροῦσα λυττᾷ, καὶ ἐμμανὴς οὖσα, οὔτε νυκτὸς δύναται καθεύδειν, οὔτε μεθ' ἡμέραν οὗ ἂν ᾖ μένειν. θεῖ δὲ ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος, ἰδοῦσα δὲ, καὶ ἐποχετευσαμένη ἵμερον, ἔλυσε μὲν τὰ τότε συμπεφραγμένα, ἀναπνοὴν δὲ λαβοῦσα κέντρων τε, καὶ ὠδίνων ἔληξεν. ἡδονὴν δ' αὖ ταύτην γλυκυτάτην ἐν τῷ παρόντι καρποῦται. ὅθεν δὴ ἑκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται, οὐδέ τινα τοῦ καλοῦ περὶ πλείονος ποιεῖται. ἀλλὰ μητέρων τε, καὶ ἀδελφῶν, καὶ ἑτέρων πάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ' οὐδὲν τίθεται. νομίμων δὲ καὶ εὐσχημόνων οἷς πρὸ

τοῦ

τῆς ἐκαλλωπίζετο πάντων καταφρονήσασα δουλείαν ἑτοίμη, καὶ κοιμᾶσθαι ὅπου ἂν ἐᾷ τις ἐγγυτάτω τοῦ πόθου. περὶ γὰρ τὸ σέβεσθαι, τὸν τὸ κάλλος ἔχοντα ἰατρὸν εὕρηκε μόνον τῶν μεγίστων πόνων. Cum vero Prooemium hoc Philonis, maximè cum Dionyſij Byzantij de Boſphoro conueniat, non ingratum me Lectori facturum exiſtimo, ſi illud hic, cum adhuc ineditum ſit, exſcribam. verba mihi illius elegantiſſima Iuuenis ad ſumma quęque imitanda ingenioſus, & in veteri memoria exquirenda curioſus Malateſta Albanus communicauit. Εἰ μόνην συνέβαινε τοῖς ἀναπλεῦσιν εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ καλούμενον αὐτοῦ στόμα τερπνὴν ἅμα καὶ θαυμαστὴν εἶναι τὴν ὄψιν, δυσχερὴς ἦν ἄλλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος. ἀπείργασται γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὴν παρεχομένης κατά τε ἐγγύτητα, καὶ στενοχωρίαν τοῦ πορθμοῦ, καὶ τὴν δι' ὀλίγου τῆς θαλάττης πρὸς ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἐπιμιξίαν ἐγγιβαθῆ κόλπον, καὶ λιμένων ἀνάχυσιν, ὑφ' ὧν οὐχ ἧττον ἀσθηρὸς ἐστιν ἡ σκεπαίνη, καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος, ἐστὶ δὲ ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀναστρέφοντος. εἰσιόντων δὲ τῶν ἀκρωτηρίων τὴν περιαγωγὴν παρ' ἀλλήλων ἀναπτυσσομένων, καὶ ἐκ τῶν κατ' ἀντιπορίας ἀναλυόντων τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τῆς ἀκροάσιν, ἀναγκαῖον ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τηλικαύτης ἱστο-ρίας,

ρίας, οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν. ἀρχὴ δὲ αὕτη τοῦδε λόγου, καὶ τῆς τῶν χωρίων φύσεως. Πέλαγός ἐστιν ὁ Πόντος ὁ Εὔξεινος μεγέθη τῶν ἄλλων πλείστου, ὅσα μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἰσώζεσθαι. μόνη δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα, καὶ τροφὸν τοῦ Πόντου κατεφήμησε λόγος ἐκ παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένος. ταύτης τὸ μὲν περίμετρον ἐστὶ δισχιλίων σταδίων, τὸ δὲ πέρας ποταμὸς ὁ Τάναϊς, ὅρος τῶν δυοῖν Ἠπείρων.

Hortus Pensilis.

PAg. 3. ℣. 27. Ὁ καλούμενος Κῆπος Κρεμαστός. Hortum hunc Pensilem varijs nominibus maximè admirata est antiquitas, vti qui nec munificentia Principis, nec impensis, nec loci amœnitate, nec deliciarum affluentia ab alijs, quæ ad miraculum vsque laudata sunt, vinceretur. Plinius lib. 19. cap. 4. *Ab his superest reuerti ad hortorum curam, & suapte natura memorandum, & quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quàm Hesperidum hortos, & regum Adonis, & Alcinoi, itemq; Pensiles siue illos Semiramis, siue Assyriæ Rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus.* & lib. 36. cap. 14. *Legitur & Pensilis hortus immo verò totum oppidum Aegyptiæ Thebæ exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiam nunc hoc*

minus

Digitized by Google

minus mirum, quàm quod flumine medium oppidum interfluente. In nimia tamen, certaque sui admiratione, ac minimè dubia, dubium semper, & etiamnum parentem agnoscit. Teste namque Plinio modo Semiramim, modo Assyriæ regem Cyrum vsurpauit. Diodorus Siculus Biblioth.lib.2. & Q. Curtius lib.5. Non Semiramidem, sed Syriæ regem Babylone regnantem hoc opus esse molitum, amore coniugis victum, quæ desiderio nemorum, siluarumque in campestribus locis virum compulit, naturæ genium amœnitate huius operis imitatũ, memoriæ prodiderunt. Georgius Cedrenus in Synopsi historica Nabuchodonosori tribuit. Qui Semiramidi referunt, suadere possunt, non solùm propter eius ad ardua, quæq; animum promptum, atque inuictum, omniumque rerum præter laudis prodigum, vt infra dicemus, sed etiam propter ingenium mulieris, quæ colendorum, extruendorumq; agrorum nimirum fuit studiosa, vt ex eodem Diodoro colligi potest. Veriùs tamen duco multis, assiduis, perpetuisq; laboribus hortos hosce Pensiles inceptos, continuatos, atque perfectos fuisse. Neque enim vsquam operis alicuius quispiam, & primus auctor, & in eo perfectissimus præter Homerum, & Archilochum, vt Paterculo placet. Quare non dubito à Semiramide incoatos continuatis

labo-

Digitized by Google

laboribus ab alio, atque alio absolutos.

Pag. 3. ℣. 28. Ὑπέρσειον ἔχων τὴν φυτείαν. Non alia ratione Plinius lib. 9. cap. 54. Sergij Oratæ Balineas pensiles vocauit. & lib. 36. cap. 12. Sostrati Gnidij Architecti pensilem ambulationem, *Hic idem Architectus primus omnium pensilem ambulationem Cnidi fecisse traditur*. & cap. 15. Caij Curionis Theatra pensilia. Et Vrbem etiam ipsam vocauit pensilem, quippe effossa terra ad cloacarum substructiones insanas Vrbs ipsa sine solo in aëre videbatur pendere fabricis innixa. Quoties enim parietes molis non sustentantur fundamentis, sed columnis suffulti eriguntur pensiles, vel pendentes dicuntur. nam spacium illud sub structura apertum, patensque omnibus inter solum, & ædificium illius continuatam seriem interrumpens id facit. Qua verò ratione Martialis *pendentia Mausolea* appellauerit vide Raderum in Commentarijs, Ramiresium in Hypomnemate, Musambertium in Ramiresium, & alios. Malmesburiensis refert insulam Athelney in Sommesetrensi comitatu *pontem olim habuisse inter duas arces ab Elfredo constructas, alnetum etiam per-maximum capris, & feris plenum, sed solidam terram vix duobus iugeribus latam, cui imposuit ille Monasteriolum, cuius machinam totam quatuor postes solo infixi suspenderunt, quatuor cancellis opere Sphærico*

in cir-

in circuitu ductis. & Camdenus in Britannia ſimile quid narrat in Viltonia. *Septentriones verſus ad* VI. *plus minus ad Sarisburia milliaria in illa planicie, inſana, vt Ciceronis verbo vtar, conſpicitur ſubſtructio. Intra foſſam enim ingentia, & rudia ſaxa, quorum nonnulla* XXVIII. *pedes altitudine*, VII. *latitudine colligunt, coronæ in modum triplici ſerie eriguntur, quibus alia quaſi tranſuerſaria, ſic innituntur, vt penſile videatur opus, vnde* Stonehenge *nobis nũcupatur, vti antiquis hiſtoricis Gigantum chorea à magnitudine. Hoc in miraculorum numerum referunt noſtrates*. Vnde verò eiuſmodi ſaxa allata fuerint, cum tota regione finitima vix ſtructiles lapides inueniantur, diſputat ibidem, quem adi. Fuerunt & Horti penſiles apud antiquos, vt Domitius notat in Mart. lib. 8. epig. 14. qui rotis promouebantur in Solem ab olitoribus, rurſus hybernis diebus ſpecularibus tegebantur, ne ventus læderet. Plinius de cucumeribus Tiberij, *Nullo non die contigit penſiles hortos non promoueri, rotis ab olitoribus in ſolem prorſus hybernis diebus intra ſpecularium monumenta reuocantibus*. Dolet ergo Martialis peius ab amico ipſo horto penſili exceptum, vt qui non haberet in cella ſpecularia, quibus vim ventorum, & iniurias temporum propulſaret.

Pag. 4. ℣. 4. *Λίθινοι μὲν γὰρ κίονες*. Hortorum accuratã deſcriptionem habes ex Dio-

doro

doro Siculo, & Q. Curtio.

Pag.4. ℣.11. Τὸ δὲ ξύλον τοῦτο. Palma valida est, & contra ac cæteræ arbores curuatur. nam illæ deorsum flectuntur, palma sursum valide sustinens, nec cedens ponderi Theophrast. de hist. plant. lib.6. cap.8. ἰσχυρὸν δὲ καὶ φοῖνιξ. ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις, ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται· τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται. ὁ δὲ φοῖνιξ ἐς τὰ ἄνω. Hæc ita vertit Plinius lib. 16. cap. 42. *Et palma arbor valida; in diuersum enim curuatur, at populus contra omnia inferiora panduntur, palma è contrario fornicatur.* Aulus Gellius lib. 3. cap.6. *Perhercle rem mirandam Aristoteles in octauo Problematon, & Plutarchus in octauo Symposiacon dicit, si supra palmæ, inquit, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas, oneresq; non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruaturq. Propterea inquit Plutarchus in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus opprimentibusq; non cedat.* Et Maximus Planudes Collect. historicis. ὅτι ἡ φοινικίνη δοκὸς παλαιουμένη οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνει, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω. Huius causam lege apud Plutarchum de causis naturalibus Problemate 32. De Palma, & eius natura vide Claudium Minois, & Franciscum Sanctium in Emblema 36. Alciati, & notas nostras in

Eu-

Digitized by Google

Eustathium Antiochenum. Item Diodorum Siculum lib. 2. & 3.

Pag. 4. ℣. 20. Ἐπὶ τούτων πολλὴ, καὶ. Diodorus libro 2. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐσεσώρευτο γῆς ἱκανὸν βάθος, ἀρκούμενον τῶν μεγίστων δένδρων ῥίζαις. τὸ δ' ἔδαφος ἐξωμαλισμένον, πλῆρες ἦν παντοδαπῶν δένδρων τῶν δυναμένων κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην χάριν τοὺς θεωμένους ψυχαγωγῆσαι.

Pag. 4. ℣. 26. Ποικίλαι τε, καὶ παντοῖαι φύσεις αἰθέων. Idem Diodorus infra de Palmis, earumq; fructibus sermonem habens. Τούτων δὲ πολλῷ μείζους κατὰ τὴν Ἀραβίαν, καὶ τὴν Βαβυλωνίαν ὁρᾶν ἐστι γινομένους, κατὰ μὲν τὸ μέγεθος ἐξ δακτύλων ὄντας. τῇ δὲ χρόᾳ τοὺς μὲν μηλίνους, τοὺς δὲ φοινικοῦς, ἐνίους δὲ πορφυρίζοντας, ὥστε ὑπ' αὐτῶν ἅμα, καὶ τὴν ὄψιν τέρπεσθαι, καὶ τὴν ὄψιν ψυχαγωγεῖσθαι. Pausanias in Atticis de Grynæi Apollinis luco. Ἔνθα Ἀπόλλωνος κάλλιστον ἄλσος δένδρων καὶ ἡμέρων, καὶ ὅσα τῶν ἀκάρπων ὀσμὴν παρέχεται τινὰ, ἢ θέας ἡδονήν. Hunc locum illustrant perfectissima cultissimi, ac delicatissimi horti descriptio apud Achillem Tatium lib. 1. Eumathium Macrembolitam l. 1. Constant. Manas. princip. Annal. Aristænet. lib. 1. Epist. 3. Philostratum, & alios pluribus locis. locum Philonis ita corrigo. καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ κατὰ πρόσωπον ἐπιτερπέστατον.

Pag. 5. ℣. 12. Ἀκίνητος, καὶ παρθένος. Imi-

tatus

tatus Plinium, qui terram immotam, nec industria excauatam terram Virginem dixit, *Virgo* reddidi, lib. 33. cap. 3. *Iam regnauerat in Cholcis Salauces, & Escubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti, auriq; eruisse dicitur.*

Pag. 5. ℣. 14. Αἱ δὲ τῶν ὑδάτων ἀγωγαὶ. Diodorus. Αἱ δὲ σύριγγες τὰ φῶτα δεχόμεναι ταῖς δι' ἀλλήλων ὑπεροχαῖς πολλὰς, καὶ παντοδαπὰς εἶχον διαίτας βασιλικάς. μία δ' ἦν ἐκ τῆς ἀνωτάτης ἐπιφανείας διατομὰς ἔχουσα, καὶ πρὸς τὰς ὑπαντλήσεις τῶν ὑδάτων ὄργανα, δι' ὧν ἀνεσπᾶτο πλῆθος ὕδατος ἐκ τοῦ ποταμοῦ, μηδενὸς τῶν ἔξωθεν τὸ γινόμενον συνιδεῖν δυναμένου.

Pag. 5. ℣. 20. Κοχλιοειδῶς ἀναβροχάζουσι. Cochlea machina, siue haustorium organum, quo magna copia extollitur aquæ. Lucretius lib. 5. *haustra* vocauit.

Vt fluuios versare rotas, atque haustra videmus.

Eius expediendæ ratio pluribus declaratur à Vitruuio l. 10. c. 11. Hac machina etiam Ægyptios irrigasse agros suos tradit Strabo l. 17.

Pag. 6. ℣. 17. Σπάταλον. Delitiosum, ac voluptuarium, non tantùm quia delicijs, & voluptatibus aptum, sed etiam, quia luxui dicatum, luxusq; causa confectum sit. in gratiam namque pellicis à Rege Assyrio hortum hunc pensilem extructum fuisse ex Diodoro & Curtio supra tradidimus.

Pag. 6. ℣. 17. Καὶ βασιλικὸν. Ob sumptuum ingen-

Digitized by Google

ingentem summam, ob molis magnitudinem, ob molitionem plusquam laboriosam, ob claritatem operis, ob delicias denique, ac commoditates Regibus, ac Imperatoribus aptas.

Pag. 6. ℣. 19. Βίαιον τὸν πόνον. Fuit enim labor operosus, & multorum annorum, & supra virium humanarum facultatem. Quare non immeritò laborem *assiduum* vocauit Martialis.

Assiduus iactet nec Babylona labor.

Etsi sciam, *assiduum* à plerisque non referri ad hortum pensilem, à nonnullis etiam loco illius, *Assyrius*, legi. Labor omnis improbus, naturamque humanam quasi violentus hostis diuerberat, cui si addas & nimium, & supra ipsius naturæ vires excessum, næ ille meritò & πόνος, & βίαιος dici debet.

Memphiticæ Pyramides.

PAg. 6. ℣. 28. Τὰς ἐν μέμφει. Ægyptiorum regia Straboni lib. 17. præclarissima Ægypti Metropolis Stephano de Vrbibus, & Diodoro lib. 1. Arx Ægypti Regum Plinio lib. 5. cap. 9. Ingenio soli feracissima, & amœnissima, adeo vt syluestris circa eam regio tam vastos proferat arbores, vt terni nequeant circumplecti si Plinio credimus lib. 13. cap. 10. & lib. 16. cap. 2. tantam vim esse illius loci

refert, ſicut etiam in Elephantine Thebaidos, vt follia nulli arborum decidant, ne vitibus quidem. Id ante Plinium Theophraſtus monuerat lib. 1. cap. 6. & cap. 15. Memphis tamen omni poſteritati duratura, vt ſunt rerum vices, tota corruit, nouæq; vrbi ceſſit, quam Cairum vocant. Eam Chriſtophorus Radziuilus in ſuo Itinerario accuratiſſimè deſcripſit, & Petrus Bellonius Variar. Obſeruat. lib. 2. cap. 37. & 38. Primus omnium condidit Vchoreus rex Ægypti, ex Diodoro. Ambitus vrbis ſtadia CL. eodem auctore cõplexus eſt, apud quem plura de eius ſitu, natura, & loci munitione habes. Hinc nonnullorum error corrigitur à Radero in Martialem, qui Græcam vocem ὄγδοος, vt proprium acceperunt, docueruntque ab Ogdoö Rege fuiſſe conditam, cum nomen ὄγδοος ſit numerale, conditorque vrbis Vchoreus audierit. Herodotus in Euterpe, Vrbis parentem, primumq; Ægypti regem nominat Menam. Denominatam item à Conditoris filia Memphi ſunt, qui putarunt, quam Nilus fluuius, vt illi fabulantur, adamatam indelicijs habuit, ſuſcepitq; ex ea Ægyptum virtutum admiratione celebrem, à quo tota regio eſt nuncupata Diodorus libro 1.

Pag. 6. ꝟ. 28. Πυραμίδας μὲν καταςκευάσαι. Pyramidas moles maximas, lapideas ſtruices

ere-

erectas, ita vt elatæ in acutum mira altitudine protenderentur, dictas volunt quidam ab igne πῦρ. Ammianus Marcellin. lib. 22. *Quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem τοῦ πυρὸς, vt nos diximus, extenuatur in conum.* Nec alia ignis forma est, quàm Pyramidis asserente Platone. Alij à genere lapidis πυρροποικίλου, quem Thebaicum dixere, ex quo & Pyramides vt plurimùm fiebant. Alij ἀπὸ τοῦ πυροῦ, hoc est tritico: refert namque Nazianzenus Pyramides eas in Ægypto celebriores à Iosepho Hebræo ædificatas, vt frumenti conditoria essent. Item Etymologus Πυραμίδες δὲ πάλιν λέγονται ὡρεῖα βασιλικὰ σιτοδόχα, ἃ κατεσκεύασεν Ἰωσήφ. Stephanus περὶ πόλεων ait, quod Rex vndique congestum triticum in illis conseruando annonam difficilem fecerit, fameque confecerit Ægyptum. Incertus de septem spectaculis. Αἱ γὰρ Πυραμίδες οἰκοδομήματα τινὰ ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ μὲν ἐνίους ὑπὸ Ἰωσὴφ χάριν ὑποδοχῆς τοῦ πυροῦ, ἤτοι τοῦ σίτου ἀνοικοδομηθέντα. Et adhuc Pyramidas illas vocari *Granaria Pharaonis* ab incolis scribit Pierius Valerianus lib. 39. Hieroglyph. cap. de Meta. Huic sententiæ vix tuto se posse subscribere existimat Henricus Salmuthius notis in Pancirolum. Nam, ait, vt ex Plinio lib. 36. cap. 13. vel vna ex celebrioribus illis Pyramidis viginti annis integris

à trecentis ſexaginta hominum millibus: tres verò aliæ annis ſeptuaginta, & menſibus quatuor fuerunt extructæ, at qui præuiſa à Ioſepho, & mox ſubſecuta illa fertilitas ſeptennio dumtaxat durauit: vt veriſimile non ſit, tam anguſto temporis ſpacio tantas illas moles, quarum vnius ſaltim exædificatio viginti annos deſiderabat, ab ipſo fuiſſe erectas. Sed quid implicat dicere Pyramides illas tritici conſeruandi cauſa non ſine maxima omnium admiratione à Ioſepho ad illam tantùm altitudinem erectas, qua triticum conſeruarent, neceſſitati, periculoque imminenti peropportunas, quas ſeptennij ſpacio infinitorum hominum labore in tantam molem creuiſſe veriſimile eſt. & tandem recepti beneficij non immemores poſt difficillima tempora, hortatu, imperioque Ioſephi ad vltimam vſque metam fuiſſe extructas. quin, quas Ioſephus ipſe non abſoluerat, à regibus ſucceſſoribus abſolutas? Quare imprudens ſanè erit, qui imprudentiæ, & ἀνιστορησίας accuſare Nazianzenum tentauerit. Plinius ſcribit non conſtare inter omnes Auctores, qui de ijs ſcripſerunt, à quibus factæ ſint iuſtiſſimo caſu obliteratis tãtæ vanitatis Auctoribus. Diodorus. Περὶ δὲ τῶν Πυραμίδων οὐδὲν ὅλως οὐδὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, οὔτε παρὰ τοῖς συγγραφεῦσι συμφωνεῖται. αἱ μὲν γὰρ τοὺς προειρημένους βασιλεῖς κατασκευάσαι

φα-

φασὶν αὐτὰς, οἱ δὲ ἑτέρους τινάς. οἷον τὴν μεγίστην ποιῆσαι λέγουσιν Ἁρμαῖον, τὴν δὲ δευτέραν Ἄμασιν, τὴν δὲ τρίτην Ἰνάρωνα. Ταύτην δ' ἔνιοι λέγουσι Ῥοδώπιδος τάφον εἶναι τῆς ἑταίρας, ἧς φασὶ τῶν μοναρχῶν τινὰς ἐραστὰς γενομένους διὰ φιλοστοργίαν οἰκοδομήσαντας ἐπιτελέσαι κοινῇ τὸ κατασκεύασμα. Vide etiam Strabonem lib. 17. Eas faciendi causa alia, atque alia traditur. Plinius lib. 36. cap. 12. Ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Diodorus in honorem sepulturæ, cuius studiosissimi ac curiosissimi fuerunt Ægyptij. Incertus, καὶ δὲ τὸ ἀληθὲς ὑπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότων, ὡς φησὶν Ἡρόδοτος, εἰς μνημάτων χώραν κατασκευασθέντα. Vide Herodotum. Adde his regum, ac principum pecuniæ otiosam, vanam, ac stultam ostentationem, & gloriæ apud posteros nunquam interituræ, vt ipsi opinabantur, affectationem, etsi mauis, æmulationem. qua dum iunior seniorem animo, atque operibus vincere nititur in stolidissimas moles tantarum opum vim erogant: nec animo improbi amplectuntur, etsi non tam cito, ruitura tandem, vti iam vsu comprobatum videmus, excelsa isthæc fastigia, vnaque cum ijs generosam Conditoris famam, & nominis, quam sibi pollicebantur, immortalitatem inuiolatam, edaci temporis haustu in obliuionem

submergendam. Elegantissimè Propertius lib. 3. Eleg. 2.

Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
Nec Iouis Elæi cælum imitata domus.
Nec Mausolæi diues fortuna sepulchri,
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

Nec immeritò Tullius Romanorum Rex structuras hasce parui pendens, ad alia animum intendit. Dionysius Halic. Antiquit. Roman. lib. 4. Ratio tamen illa fuit potissima, quam Aristoteles refert Polit. 5. cap. 15. ad confirmandam scilicet tyrannidem: quippe sumptibus immanibus opes subditorum, facultatesq; imminuebantur, sic enim subditi eneruati nullum aduersus principem habent præsidium, & laboribus diuturnis fatigati, vix spiritum recipere possunt, tributisque, & exactionibus persoluendis, exigendisque continuò intenti, non vacant ad aliquid moliẽdum. Et Theophrastus lib. 2. Περὶ καιρῶν apud Suidam. Ἕτεροι δ' εἰς ἀνδρωδέστερα καταδαπανῶντες, οἷον στρατίας ἐξάγοντες, καὶ πολέμους ἐπαναιρούμενοι, καθάπερ, καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος. ἐκεῖνος γὰρ οὐ μόνον ᾤετο δεῖν τὰ τῶν ἄλλων καταναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτοῦ πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδιον τοῖς ἐπιβουλεύουσι. ἐοίκασι δὲ καὶ αἱ Πυραμίδες ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ τῶν Κυψελιδῶν Κολοσσὸς

Digitized by Google

καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν καὶ παραπλησίαν ἔχειν διάνοιαν. Sic enim opibus consumptis, & mentibus operum atrocitate in aliud occupatis omnis struendarum insidiarum occasio tollitur. Simonides apud Xenophontem in Hierone, non lætari, inquit Tyrannum opibus subditorum, cum subditi equorum naturam habeant, qui quo plus auenæ vorarunt, eo sunt petulantiores. Habet & Plato 8. de Repub. Iouem Gigantum petulantiam opum imminutione repressisse. Complurium incohatarum vestigia, extare tradit Plinius, complures item absolutas. Vna est in Arsenoitæ Nomo, duæ in Memphite non procul à Labyrintho. Totidem vbi fuit Mæridis lacus, hoc est fossa grandis. Has quinquaginta passus super aquam extitisse, totidemque aqua occultas Colosso lapideo super vtraque in solio sedente commemorat Herodotus. & Strabo lib. 17. τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν ἐφ' ᾗ πολλαὶ μὲν Πυραμίδες εἰσὶ τάφοι τῶν βασιλέων. Quod reges Ægyptios ideo fecisse existimat, nescio quis, vt testarentur corpore soluto, & corrupto animam superesse: quæ cum summo opifici visum esset, hoc est circulo illo triginta sex millium annorum circumacto (hoc enim euoluto spacio omnia in eundem statum redacta iri opinabantur) aliud

cor-

Digitized by Google

corpus genitura, ac sibi factura esset. Tres autem memorabiles fuere inter miracula connumeratæ. Plinius lib. 36. cap. 12. *Reliquæ tres, quæ orbem terrarum impleuere fama, sanè conspicuæ vndique adnauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo, sterilique inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta à Nilo minus quatuor millia passuum, à Memphi sex, vico apposito, quem vocant Busirim, in quo sunt assueti scandere illas.* Et infra, *Qui de ijs scripserunt, sunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter omnes eos non constat à quibus factæ sint, iustissimo casu obliteratis tantæ vanitatis Autoribus.* Vide Strabonem, Diodorum, Herodotum. Lapides ad has Pyramides extruendas excisi sunt à monte Arabiæ, qui ab Aquilone fertur ad meridiem, atque ad austrum semper sursum tendens ad mare rubrum; Herodotus, & Diodorus. Plinius, *sed Pyramis amplissima ex Arabicis lapidicinis constat.* Marmore scilicet, ebori maculoso simili, vt ex Dioscoride adnotauit Dalechampius in hunc locum.

Pag. 7. ℣. 2. Ὄρη γὰρ ὄρεσι. Respexit Homericum illud de Oto, & Ephialte.

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Et

Et quotiescunque aliquid immane proponit, aptissimè illo ὄρει ἴσον declarat. Saxorum autem dolatorum, referente Herodoto, decentissimèque coagmentatorum nullum fuit minus triginta pedum.

Pag.7.ѷ.7. Τίσι βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη. Conatibus sane plusquam humanis, impensa, tempore, & multitudine hominum, quæ nec verbis explicari, vix intellectu percipi potest. ideo non contemnenda fuit multorum admiratio. *Quæstionum summa est*, scribit Plinius, *qua nam ratione in tantam altitudinem subuecta sunt cæmenta*. Diodorus. Λέγεται δὲ τὸν μὲν λίθον ἐκ τῆς Ἀραβίας ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος κομισθῆναι. τὴν δὲ κατασκευὴν διὰ χωμάτων γενέσθαι, μήπω τῶν μηχανῶν εὑρημένων κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους. Hominum multitudinem ad ducenta septuaginta sex millia adnumerat Plinius; temporis spatium, quo vna extructa fuit, annorum viginti concludit, tres alias annis LXXVIII. & mensibus quatuor. Diodorus ad trecenta & sexaginta millia ascendisse prodit eos, qui hisce ministerijs incubuerunt, totumque opus vix viginti annorum spatio consumatum fuisse. Herodotus ad trahenda saxa ducenta millia descripta fuisse, quæ ex lapidicina Arabici montis saxa exciperent, protraherentque illinc ad Nilum vsque, & transmisso flumine deueherent ad

Li-

Libycum montem, decenneque tempus tritum in conuehendis lapidibus, decenne in extruendis lib. 2. & subdit in ipsa Pyramide literis Ægyptiacis indicatum, quantum sit erogatum in operarios, pro apio, cæpis, & alijs, fuisseque mille, & sexcenta talenta pecuniæ, ex quibus maioris summæ argumenta, eaque certissima producit. credibile enim est potiorem pecuniæ vim consumptam fuisse in ferramenta, in cibos, in vestiaria operariorum, eoque maximè dum opinatur alio tempore lapides esse excisos, alio subterraneam fossam effectam. & ex Herodoto Diodorus, & ex his Antonius Mizaldus Cent. 7. num. 16. qui talentorum ad nostros aureos numos reuocatorum summam ex Budæo refert. Porrò in tantam altitudinem cæmenta, & lapides subuecta sunt, non alia ratione, vt videtur Herodoto. Primo Pyramis extructa est in speciem graduum: dein breuibus machinis è ligno factis lapides attollebant ex humo in primum ordinem graduum leuantes. Tertio lapis ita subleuatus imponebatur alteri machinæ, quæ in ipso primo gradu stabat, & sic deinceps. gradibus enim machinæ respondebant, vel eandem machinam ad singulos gradus transferebant, quoties ammouebant saxum, & fama tradebatur in Pyramide prima effecta quæ altissima, posteriora

gra-

gradatim ſequentia, nouiſſima omnium quæ infima, & ſolo iungebant. Ægyptij aſſerebant Pyramidum aggeres ex ſale, & nitro conſtitiſſe, immiſſumque fluuium ea liquaſſe diſſoluiſſeque: ſed hæc nugamenta eſſe, & meras fabulas contendit Diodorus. Verùm eam hominum multitudinem, quæ aggeres ex ſale, & nitro conſtruxerat, eandem in pristinum locum congeſta regeſſiſſe. Et veriſſimile eſt materiam illam effoſſam à multitudine illa hominum poſt Pyramidum ſtructuram in Nilum ipſum deportatam, ſubmerſamque, aquarum profluuio diſſolutam, ac diſſipatam, vel in mare, vel in alium locum aduectam; vt etiam factum eſſe de terra à Mœridis ſtagno effoſſa, & ex Theſauris ſubterraneis Sardanapali: illam enim in Nilum Ægyptios, hanc in Tigrem fures extuliſſe prodit. Nec illud prætereundum eſt, quod ſcribit idem Auctor, valdeq; mirum eſſe dicit, ſtructuræ Pyramidum nullum veſtigium apparere, cum nec aggeris, nec cæſi, & politi lapidis reliquum aliquod vſpiam appareat. Diodorum refellit Strabo, qui ſcribit ante Pyramides iacere aceruos lapidum, fruſtulis dolando detritis, in eos lapillos inueniri formam, & magnitudinem lentis, quoſdam vt hordei grana, quæ ſemidecorticata eminent. reliquias illas tradunt ciborum, qui operarijs

dati

Digitized by Google

dati fuerant, in lapides induruiſſe. Caſaubonus Commentarijs in Strabonem, ait authoritatem Strabonis, qui præſertim vidiſſe ſe dicit, multis Siculis præualere; &, ne Diodoro videretur impoſuiſſe, ſubdit, Diodori verba de vnica tantùm accipienda Pyramide. Quod de Strabone dicit, æquum eſt. Certè Diodorum dum explicat, inſcitiæ arguit. Quì enim fieri poteſt, vt catus, prudenſque in eadem ſcripturæ facie, quod tamquam valde mirum in vna Pyramide commendarat, in alia ſi non eſſet, ſiluiſſet? nunquam ſanè potiorem admirationis cauſam tacuiſſet. Si tacuit, quod iam de ſuperioribus innuit, id idem & de alijs intelligi vult. Videbatur Pyramis Chembæ, ſiue Chemmidis in magnam molem extructa, neque veſtigium tritorum lapidum, & dolatorum, neque aggerum apparebat. & hoc in maxima admiratione erat. In eodem campo reliquæ duæ ſpectabantur, etſi minoris, improbioris, difficilioriſque ſtructuræ, huius ſi veſtigia eſſent, quæ de admiratione non minimum tollerent, ſicut & alia, quibus inter ſe differebant, apertiſſimis verbis inſonuit, ita & hæc non præterijſſet. Quid tum Strabo? ſcribit aceruos illos lapidum, & inter eos lapillos ſimilitudine lentis ante Pyramides iacere, et ſe vidiſſe; narrarique ab Incolis in lapides induruiſſe cibos operariorum. non

ta-

tamen causam aceruorum veram esse affirmat. vt enim mendacium est cibum lapidem factum fuisse, ita & aceruos esse reliquos ex structura Pyramidum. Dubium namque est, acerui illi à quonam ibi producti, aut congesti fuerint. non esse autem industria humana congestos, vel illo conuincitur, quod etiam alijs in locis simile quid reperiatur, nec reliqua dicuntur esse aut ciborum, aut ædificationis. οὐκ ἀπέοικε δέ. καὶ γὰρ οἴκοι παρ' ἡμῖν λόφος τίς ἐστιν ἐν πεδίῳ παραμήκης, οὗτος δ' ἐστὶ μεστὸς ψήφων φακοειδῶν λίθου πωρείας. καὶ αἱ θαλάττιαι δὲ, καὶ αἱ ποτάμιαι ψῆφοι σχεδόν τι τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ὑπογράφουσιν. ἀλλ' αὗται μὲν ἐν τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ῥεύματος εὑρεσιλογίαν τινὰ ἔχουσιν, ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις. Hoc si non sensisset Strabo exempla allata, præter tanti Philosophi expectationem nihil probarent. Potuerunt enim sicut, & in alijs regionibus loci natura quadam occulta lapides illi aceruatim concrescere, qui figuram lentis gestarent. Naturæ vero ignari, ac rudes, dum eorum causam assequi non possent, ciborum reliqua, frustulaque delatorum lapidum esse asseuerarunt: quod fama diuulgatum in aduenas etiam, ac exteros homines decantari cæpit, monimentisque Sophorum commendari.

Pag. 7. ℣. 19. Καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστί. De altitudine Pyramidum vix certi quid definiri potest,

test; ita ſcriptores variant. Diodorus, τὸ δ' ὕψος ἔχει πλείω τῶν ἓξ πλέθρων. Strabo σταδιαίας. Mella ad quatuor iugera in altitudinem erigi. Solinus, *Pyramides turres ſunt in Aegypto faſtigiatæ vltra excelſitatem omnem, quæ fieri manu poſſit. Itaque menſuram vmbrarum egreſſæ nullas habent vmbras.* Ammianus Marcellinus, *Pyramides ad miracula ſeptem prouectæ, quarum diuturnas ſurgendi difficultatis ſcriptor Herodotus docet, vltra omnem omnino altitudinem, quæ humanis confici poteſt, erectæ ſunt turres, ab imo latiſſimæ in ſumitates acutiſſimas deſinentes.* Caſſiodorus, *Pyramis in Aegypto, quarum in ſuo ſtatu ſe vmbra conſumens vltra conſtructionis ſpacia, nulla parte conſpicitur.* Auſonius Idyllio 3.

Quadro cui in faſtigia cono
Surgit, & ipſa ſuas conſumit Pyramis vmbras.

Vide plura apud Raderum in Mart. is notat recentiores, qui eas dimenſi ſunt, anguſtiora ſpacia ponere, ideo quia rudera, & Nili alluuionibus ſaxorum fragmina circumiacentia, & terra ipſa creſcente obducta, inferiores, & latiores Pyramidis partes tegant. Thaletem ex earum vmbra illas menſuraſſe ex Hieronymo animaduertit Laertius lib. 1.

Pag. 5. ṽ. 18. Εἰς πυραμίδα, καὶ γνώμονος σχῆμα. Maxima ſanè Pyramis in ſumitatem acutiſſimam non deſinit, ſed in modicam planiciem, ſi vera eſt emendatio Pliniani textus, quam

Ra-

Digitized by Google

Raderianus habebat. nam quod alij legunt, *Altitudo à cacumine pedes XXV*. Raderianus Codex legit, *Latitudo à cacumine*. siue, *in cacumine pedes XXV*. Quamuis in apicem desinere videatur procul aspicientibus.

Pag. 7. ℣. 21. Ἡ δὲ περίμετρος σαδίων ἓξ. Neque in latitudine conueniunt Auctores. Vide quæ adnotauit Raderus in Martialem. vbi etiam plethri, & iugeri differentiam exponit. habes etiam descriptionem Pyramidum ex Bellonio lib. 2. cap. 42. 43. & 44. & alijs, quos ille refert.

Pag. 7. ℣. 26. Ποικίλαι δὲ καὶ πορφυραῖ. Herodotus. ὑποδείμας δὲ τὸ πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου. & infra de Mycerini Pyramide. λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ. Concordat Diodorus, Plinius. Pyramidem tamen, quam extruxit Asychis lateritiam, sed cæteris præstantiorem fuisse ex Epigrammate, quod ibi incisum erat, satis liquet, narrante Herodoto.

Pag. 8. ℣. 15. Καὶ ταῖς διὰ τῶν κοχυλίων. Colore scilicet ostrino, conchyliato, muriceo, purpureo ab Hercule, vt fabulantur, primùm inuento. Fabulam fusè prosecutus est, Iulius Pollux Onomast. lib. 1. & ex eo Antonius Thylesius libello de Coloribus carminibus Choriambis, & Nonnus Dionys. lib. 40.

Pag. 8. ℣. 28. Τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων. Hæc

etenim opera cæteris Ægyptijs præcellebant, mole, impenſis, artificumq; induſtria, quos magis, quàm reges ipſos admirata eſt antiquitas. iſti namque proprio ingenio; reges diuitijs hæreditariò acceptis, alieniſque moleſtijs ſimiles machinas perfecere, Diodorus. locum autem Philonis ita lego, τῶν ἐς τὰ βάθη κάτω θεωρουμένων τῆς προσόψεως, τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων, τῇ τε πολυτελείᾳ τῆς χορηγίας βασιλικὸν πλοῦτον παρεμφαινούσης. vel quid ſimile.

Iuppiter Olympius.

PAg. 9. ℣. 14. Διὸς Κρόνος μὲν ἐν οὐρανῷ. Quemadmodum de parentibus Iouis inter ſcriptores non conuenit, ita diu, longèque certatum eſt de eius patria. quamuis Philo vti certiſſimum illum Saturno in cælo ſatum fuiſſe aſſerat. Alij enim illum Ætheris, & Diei filium fecerunt. ita etiam multi populi illum ſibi vindicarũt; inter eos præcipui Cretenſes, Thebani, Arcades, Meſſenij. Callimachus Hymno primo.

Πῶς καί νιν δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.

Et Pauſanias in Meſſeniacis refert, difficile eſſe eos omnes enumerare, qui apud ſe natum Iouem, & educatum contendunt. Euſebius Cæſarienſis lib. 3. Euang. Præparat. prodit

Digitized by Google

dit, nationes omnes Deum ſibi Iouem conſtituiſſe diuerſis nominibus appellatum. eundemque apud ſe natum dixiſſe. Sine dubio plures fuerunt Ioues nomine eodem, alijs atque alijs, forſan etiam ijſdem temporibus, præcipui tamen tres memorati ſunt. Vnus, qui patre Æthere in Arcadia naſcitur, fratre Libero, ſorore Proſerpina. Alter patre Cælo in Arcadia, qui Mineruam genuit. Tertius Cretenſis Saturni filius, cuius in Creta ſepulchrum viſebatur, & ad quem omnia prope aliorum facinora referuntur.

Pag. 9. ℣. 18. Φειδίας δ' ἐν Ἤλιδι. Phidias Athenienſis, familiaris & amicus Periclis, Hippi diſcipulus, pictor eximius, nec minùs ſculpendo, fundendoque nobilis. Huius ſimulacris nihil perfectius viderunt homines, ſi Ciceroni credimus in Oratore. Diodorus Biblioth. 12. eum inter præſtantiſſimos artifices ponit, Plinius eum, Artificem nunquam ſatis laudatum vocat. Non ſolum ex ebore, & auro, ſed ex ære etiam Signa fecit. Plura commemorat Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. Signo Veneris extra muros, quod fuerat Alcamenis Athenienſis eius diſcipuli opus, apellabaturque Aphrodite ἐν κήποις. Præter hæc quæ hic numerantur à Plinio, plura recenſet Pauſanias. Cæleſtem Venerem è Pario marmore, & Nemeſim

Athenis: ex ære Mineruam, & Apollinem Parnopium, ibidem lib. 1. In puteali solis Iouis Olympij tres Horas, & totidem Gratias. lib. 5. Puerum tænia redimitum, Cæleстem Venerem, & Mineruam ex ebore apud Eleos lib. 6. ex ebore Mineruam ad Pellenem lib. 7. Ligneam Mineruam pedibus ac manibus è Pentelico marmore Platæensibus, Mercurium Thebanis lib. 9. signa Mineruæ, Apollinis, Miltiadis, & Atheniensium multorum Delphis lib. 10. Mineruæ Phidiæ meminit Cicero. *Non enim est tale, vt in arce poni possit, quasi Minerua Phidiæ, sed tantùm, vt ex eadem officina exijsse videatur.* & Ouidius.

Arcis vt Actææ vel eburnea, vel ærea custos
Bellica Phidiaca stat Dea facta manu.

Simulacro tamen Iouis Olympij clarissimus. Plinius lib. 7. cap. 38. *Phidiæ Iupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori Capitolinus, & Diana Ephesia, quibus fuere consecratæ artis eius vasa.* & lib. 34. cap. 8. *Minoribus simulacris, signisque innumera prope Artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias Atheniensis Ioue Olympiæ facto ex ebore quidem & auro.* Lucianus in Somnio, Philostratus de Vita Apollonij lib. 4. cap. 2. Photius in Excerptis ex Himerio. Strabo lib. 8. μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίησε Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον. Martialis libro 8.

Ep. 55.

Ep. 55. Ausonius in Occasionis Signo. *Eo simulacro nihil præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus*, scribit Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. Luculentam Signi narrationem habes apud Pausaniam Eliac. 1. Vide, si lubet, apud ipsum. In eo autem conficiendo Colotas eius discipulus adiutor, non minimam opem tulit, Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 35. cap. 8. Strabo Panænum Phidiæ consobrinum, fratrem Plinius, & Pausanias, Πάναινος μὲν δὴ οὗτος, ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, faciũt, & fuisse adiutorem scribit, πολλὰ δὲ συνέπραξε τῷ Φειδίᾳ Πάναινος ὁ ζωγράφος ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτοῦ, καὶ συνεργὸς πρός τε τὴν τοῦ ξοάνου κατασκευὴν διὰ τὴν τῶν χρωμάτων κόσμησιν, καὶ μάλιστα τῆς ἐσθῆτος. & falluntur qui Panænum hunc in Pantænum, vel Pandænum mutarunt, affirmaruntque fuisse filium Phidiæ. Præter Colotam, & Panænum, adiutorem etiam habuit populum vniuersum, eiusque consilio vsus est in eo absoluendo. Quippe primùm hominibus visendum proposuit, latens ipse; quid vnusquisque in illo repræhenderat, vel laudarat auscultabat, illis digressis emendabat, corrigebatque ad multorum opinionem, Lucianus in Imaginibus. Optimum consilium, reique perficiendæ, absoluendæque valde vtile. Cicero tamen in Bruto Phidianam ex populi sententia corre-

Digitized by Google

ctionem nõ agnoscit; ait quippe hoc Signum simul aspectum, & probatum fuisse. *Nam Q. Hortensij admodum adolescentis ingenium vt Phidiæ signum, simul aspectum, & probatum est*. Caius Caligula simulacrum hoc Romam aduehere conatus, vt suum ibi caput imponeret, operam lusit: Quippe nauis ad vehendum parata fulminibus absumpta fuit, multusque risus exauditus, quoties quis sacrarium eius tacturus accederet, Dio Cassius lib. 59. & Suetonius in Caligula. Studuit item Phidias, vt non solùm simulacrum eximium specie, ac magnificum esset, sed etiam immortalitatem, vti potuit, procurauit, quare ad pedes ante statuam oleum effundi iussit, Methodius sub persona Procli apud Epiphanium aduersus hær. l. 2. Tom. 1. Hær. 64. in Origené. oleum enim ebur à carie vindicat. Plinius lib. 15. cap. 7. *Existimatur & ebori vindicando è carie* oleum *vtile esse. Certè simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est*.

Pag. 9. ℣. 16. Πατὴρ ἐστιν. Elegantissima metaphora. Eiusdem farinæ cum illa, ὃν δὲ Φειδίου χεῖρες μόναι δυνάμεναι θεοὺς τίκτειν. Quemadmodum enim parentes creant, & faciunt, ita & artifex parturit, generatque. vnus animus in vtrisque, idem dolor, & labor. Himerius Sophista Declamat. in Insidiantes, & in Proconsulem Basilium nondum edita.

δὲ

διὰ τοῦτο τοὺς λόγους ἔπεισα καὶ τεκεῖν, καὶ δεῖξαι τοῖς ἄλλοις τὰ κυήματα, καὶ ἀναφλῶσαι τοῖς σοῖς σηκοῖς ἐναυλίζεσθαι ὥσπερ τοὺς ὄρνεις τοὺς ἱεροὺς τῶν Θεῶν ἐν τοῖς ἄλσεσιν. Michaël Psellus Epist. ad Magnum Drungarium. Πάλαι ποτὲ ἀπέτεκον ἐγὼ ἄγαλμα σοφίας ἐπήρατον, ὡραίας Ἐπιστολάς. αἷς δὴ σὺ περιτυγχάνων πολλάκις, εἶτα δὴ καὶ θαυμάζων ἴσως τὸ χάριτος, οἴει τοιαύταις με καὶ αὖθις ἀποτεκεῖν δύνασθαι. Διὰ τοῦτο σὺ μὲν ἐρᾷς τῶν ἐμῶν ὠδίνων. ἐγὼ δέ σοι ἐκφλῶσαι τὸν τόκον οὐ βούλομαι. & Aristoteles Ethic. Nicomach. lib. 9. cap. 7. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκεν. πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γενομένου. μάλιστα δ᾽ ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. De hoc genere Metaphoræ tractat Aristoteles lib. de Poëtica, & cum eo Robortellus, Casteluetrius, & alij. Vide quæ nos in Epistolam Socraticam 6. adnotabamus.

Pag. 9. ẏ. 19. Μακάριος ὁ καὶ θεασάμενος. Strabo scribit hoc scitè κομψῶς dictum fuisse, κομψῶς δ᾽ εἴρηται καὶ τὸ, ὁ τὰς τῶν Θεῶν εἰκόνας, ἢ μόνος ἰδὼν, ἢ μόνος δείξας. in hoc loco intelligendo, mirum vt cæcutiat Gulielmus Xylander, & Isaacus Casaubonus, ille in versione, *Scitè etiam dictum est de Homero, solum hunc Deorum formas, aut vidisse, aut ostendisse*. hic in Comment. & Castigation. *Conqueritur hoc nomine He-*

rodotus de Hesiodo, & Homero: quos ait omnium primos εἴδεα Θεῶν σημῆναι, eorumque ἐπωνυμίας, τιμάς, & τέχνας tradidisse hominibus. Nihil minùs. Etsi namque de Homero supra verba fecerat Strabo, tamen dictum hoc scitum neque de Homero, neque de Hesiodo dictum esse ex verbis Strabonis colligere possumus, quinimo potius de Phidia, de quo quemadmodum & de alijs sculptoribus, vel pictoribus dici solet, imagines dumtaxat, vel simulacra confecta, adeo primo exemplari assimilari, vt necesse fuerit Artificem exemplar illud vidisse, & quod visu in animum adiecerat, coloribus, alijsque imitatum. Quæ sanè non minima erit laus, ita concinnè, & affabre Signum factum fuisse, ac si ante oculos res illa fingenda fuisset posita. Antholog. lib.4. tit.6.

Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων,
Φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν Θεὸν ὀψόμενος.

In eadem Antholog. Plato de Venere Cnidia Praxitelis, Incertus, Lucianus; & de Iunone Polycleti Parmenio similia habent. Pulchritudine itaque Iouis Olympij homines attoniti beatum Phidiam existimarunt, qui viderat tonantem, alijsque ostendere potuit, quod vt scitè dictum laudat Strabo: Sed corruptus locus alijs errandi causa fuit, quæ enim vsquam sententia ex verbis sic, vt iacent, prola-

tis

Digitized by Google

tis elici potest? quæ si sedulò explicanda essent, esset etiam & aliquid addendum, vt sensus absolutus haberi possit. Quare ita restituo, κομψῶς δ' εἴρηται καὶ τὸ, Μακάριος ὁ τὰς τῶν Θεῶν εἰκόνας, ἢ μόνος ἰδὼν, ἢ μόνος δείξας. nisi velis ita intelligendum, Deorum imagines, qui solus vidit, & solus ostendit, Signum Iouis Olympici, neque alius conficere potuit.

Pag. 9. ℣. 23. Εἰ δ' ἀγχιμύεται Ζεὺς. Summa namque laus Artificis, ex cuius opere ornamentum ipse quærat Iupiter. Coquus Plautinus in Pseudolo.

Eum odorem cænat Iupiter quotidie. Et Cicero in Bruto. *Iouem si Græcè loquatur Platonis sermone loqui*. Quintilianus Instit. Orat. lib. 10. cap. 1. *In Comædia maximè claudicamus: licet Varro dicat Musas Aelij Stolonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse, si latinè loqui vellent*.

Pag. 9. ℣. 27. Διὰ τοῦτο φύσις ἐκύησεν. Vide quæ de Elephantum dentibus discurrit Pausanias dicto loco. vbi liberalitatis & munificentiæ, & in Deos pietatis Græcos laudat, Φιλότιμοι δὲ ἐς τὰ μάλιστά μοι, καὶ ἐς Θεῶν τιμὴν οὐ φειδωλοὶ χρημάτων γενέσθαι δοκοῦσιν οἱ Ἕλληνες, οἷς γε παρὰ Ἰνδῶν ἤγετο, καὶ ἐξ Αἰθιοπίας ἐλέφας εἰς ποίησιν ἀγαλμάτων.

Pag. 7. ℣. 13. Ὀδόντας χορηγήσῃ. Multi dentes esse contendunt, alij cornua. Vide notas nostras in Eustathij Antiocheni Hexahem.,

pag.

pag. 180. ibi enim vtriusque sententiæ Auctores commemorantur.

Pag. 10. ℣. 9. Τοῦτο δὲ καὶ περιοσιωτέρου μὲν. Phidias interrogatus in Ioue Olympio exprimendo, quod nam exemplar esset imitaturus, respondit, propositum ab Homero illis versibus.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. In illis namque magna quædam vis, & diuina maiestas continebatur, Strabo lib. 8. Dio Chrysostomus Orat. Olympica, aut de prima Dei cognitione, Valerius Maximus libro 3. cap. 7.

Pag. 10. ℣. 10. Ὡς μὲν γὰρ ἔργον. Laudatissima apud omnes Phidiaca semper ars habita est; palmaque illi omnium consensu tributa. Phidiam tamen Quintilianus lib. 12. cap. 10. meliorem artificem asserit Dijs quàm hominibus efficiendis. Deorum auctoritate illius ars in Signo Olympio fuit comprobata. Expolito enim simulacro, vt sibi significaretur, an gratum esset & acceptum illud opus, Deos exorat. ideoque terra illa repente tacta est, Pausanias. Mirum quibusdam videri poterit, in præstantissimo, perfectissimoq; hoc Signo Iouis Olympij, quod antiquitas venerata est, coluitque vt numen propter pulchritudinem mirum in modum eum reprehendi à Strabone ob non seruatam συμμετρίαν simulacri, &

tem-

templi: fecerat enim tam altum sedens, vt videretur ei perpetuo necessitas sedendi imposita. nam si surgeret tectum templi secum auferret.

Pag. 10. ℣. 12. Ὅμοιον ἔχει τοίνυν. Quintilianus d.loco. *Phidias tamen Dijs, quam hominibus efficiendis melior artifex traditur. in ebore verò longè citra æmulum. vel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset. cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur. adeò maiestas operis Deum æquauit.*

Pag. 10. ℣. 17. Ὁ πηλίκον ὁ μεγαλόνεστερος. Simile Homeri præconium legitur apud Velleium Paterculum lib. 1.

Pag. 11. ℣. 6. Ὄψις δ' ἀκοῆς. Hic oculorum sensum auditui præfert. supra aures potiores esse fassus est. διὰ τοῦτο θαυμαστὸν παιδεία, &c. In paucissimis verbis ita sui oblitum Philonem? Controuersia non caruit, visus, an auditus præstaret. Tritum illud Heracliti. ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. Plautus Milite glorioso act. 2. scen. 3.

Volo scire vtrum ego, id quod vidi viderim.
An illic faciat, quod facturum dicit, vt ea sit domi,
Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris.

Herodotus lib. 1. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Herodoti verba expli-

plicat Lucianus de Domo. Polybius in Excerptis è lib. 12. Δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα, καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως, ἀληθινωτέρας δ' οὔσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. τούτων Τίμαιος τὴν ἡδίω μὲν, ἥττω δὲ τῶν ὁδῶν ὥρμησε πρὸς τὸ πολυπραγμονεῖν. τῆς μὲν γὰρ διὰ τῆς ὁράσεως εἰς τέλος ἀπέστη, τῆς δὲ διὰ τῆς ἀκοῆς ἀντεποιήσατο. Nicetas Choniates Annal. lib. 1. in Alexio Comneno. τὰ γὰρ ὦτα οὐκ οἶδε τὰ δρώμενα ἀλλὰ γλώττης ὄχλον εἰσοικιζόμενα, φύλακες εἰσὶν ἀλλοτρίων, καὶ τούτων ἐναντίων πολλάκις ἐγχημάτων. ἀσφαλὴς δὲ ἐστὶ τῶν γινομένων διαιτητὴς ὀφθαλμὸς, καὶ μάρτυς ὢν τεθέαται ἀπαραλόγιστος, οὐχ ἑτέρωθεν εἰσχεομένην ἔχων τὴν πίστιν, ὡς τὴν τῶν λεγομένων εἰς ἐνοίκησιν ἀκοήν. Hinc oculorum testimonium certissimum, plurisque est oculatus testis, quam auriti decem. Qui enim audiunt audita dicunt: qui vident planè sciunt. Plautus Pœnulo. 3. 3. ỳ. 93. *Quid si euocemus huc foras Agorastoclem, vt ipse sit testis certissimus*. Rudenti. 4. 4. ỳ. 23. *Hic eius eccillum vidulum. Gr. Non habeo. Ir. Negas quod oculis video?* Sic & Milite. 2. 3. ỳ. 60. 74. 75. & 2. 4. ỳ. 15. *Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimùm*. Ioannes Chrysostomus, Homil. 14. in Epist. ad Hebræos. ἡ ἀκοὴ ἡμῶν ἀμαθεστέρα τῆς ὄψεώς ἐστιν. οὐ γὰρ οὕτως ἅπερ

ἴδο-

Digitized by Google

ἴδομεν αὐτῷ ὄψεσιν. Seneca Epiſt.6. *Plus homines oculis, quàm auribus credunt*. Id idem in iure Ciuili vſui eſt. Non enim creditur teſti ſe audiſſe dicenti, ſed ſe vidiſſe. Nec immeritò. nam viſus ipſis viſis concurrit, at auditus fieri poteſt, vt verbis immiſſis quaſi carminibus incantatis eleuetur, & decipiatur. Dio Chryſoſtomus Oratione Olympica. *καὶ δὴ τὸ λεγόμενον ὡς ἐστὶν ἀκοῆς πιστότερα ὄμματα ἀληθὲς ἴσως. πολὺ γέ μην δυσπειστότερα, καὶ πλείονος δεόμενα ἐνεργείας. ἡ μὲν γὰρ ὄψις αὐτοῖς ὁρωμένοις ξυμβάλλει. τὴν δὲ ἀκοὴν οὐκ ἀδύνατον ἀναπτεροῦσθαι, καὶ παραλογίζεσθαι, ῥήματα εἰσπέμποντα γεγοητευμένα μέτροις καὶ ἤχοις*. Oppoſitum, vt videtur, ſentit Strabo lib.2. vbi fusè ſuæ ſententiæ rationes explicat, & noſter hic Philo. Veriſſima vtraque ſententia, & poteſt ita conciliari. Certior eſt auditu viſus, longè viſu vtilior eſt auditus ad parandas ſcientias. Innuit Strabo, *ὁ δ' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον. ἥτις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρεῖττόν ἐστιν*. Affirmaſſeque Philonem noſtrum quis neget. Vide Ioannis Ferrerij Academicam diſertationem de Viſu, & Auditu.

Digitized by Google

PAg. 11. ℣. 18. Ῥόδος ἐστὶ Πελαγία. Prius ὀφιοῦσαν, & σαδίαν dictam tradit Stephanus, τελχινίδα Strabo, & Eustathius. alia item eius nomina vide apud Hortelium. πελαγία est Philoni non solum, quod mari vndique cingatur, sed etiam pronomine, Antonino referente. Rhodi nomine dignatam scribit Diodorus à Sole, amore Rhodes filiæ Neptuni, quam ex Halia Telchinum sorore acceperat. Plura habes apud scholiastem Pindari Olymp.7. Rhodiorum vsque ad suam memoriam disciplinam naualem, & gloriam remansisse testatur Cicero pro lege Manilia. Strabo lib.decimo quarto nullam Rhodo meliorem Ciuitatem, sed ne parem dicere se posse affirmat, ita cæteris Vrbibus præstabat rebus omnibus. Sanè Nauticarum legum apud Rhodios ea fuit præstantia, vt etiam apud Iuris-Consultos Romanos Leges Rhodiæ appellentur αἱ περὶ τὰ ναυτικά.

Pag. 11. ℣. 19. Ἦν τὸ παλαιὸν ἐν βυθῷ. Fabulam Pindarus prosequitur Olymp.7. Heraclides Ponticus in Excerptis de Politijs, Ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν. ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων. Quo autem res se habuerit explicat Dio-

Diodorus. ait enim ſub primam rerum omnium conſtitutionem inſulam cœnoſam fuiſſe, & mollem, ſolemque deſiccato humore terram ſæcundaſſe, lib. 5. Ariſtides orat. Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας. Ἥλιον τῆς Ῥόδου ἀρχηγέτην ἐκ τῆς θαλάσσης τὴν νῆσον ἀνεῖναι δῶρον τοῖς Θεοῖς ſcribit, & Scholiaſtes in eundem locum. ὅτε ὁ Ζεὺς κλῆρον ἐποίει ὑπὲρ τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἄλλῳ τῶν Θεῶν ἄλλο μέρος ἐδίδου, ὁ Ἥλιος οὐδὲν ἐκληρώσατο διὰ τὸ μὴ δὲ εἰσκεῖσθαι ἐν τῇ διανομῇ, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ πορείαν ἀνύττειν. μέλλοντι οὖν τῷ Διὶ ἐκ δευτέρου κλῆρον ποιεῖν οὐ συνεχώρησεν Ἥλιος, εἰπὼν ὡς ἡ μέλλουσα νῆσος ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνελθεῖν, ἣν δὴ ἡ Ῥόδος, ἔστω ἐμή. κατένευσε τοίνυν ὁ Ζεὺς καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν νῆσον ὁ Ἥλιος ἐκληρώσατο. συμμιγεὶς δὲ ἐνταῦθα νύμφῃ τινὶ Ῥόδῳ καλουμένῃ Ῥόδον τὴν νῆσον καλεῖσθαι ἐποίησεν.

Pag. 11. ℣. 24. Ἐν ταύτῃ Κολοσσός ἐστι. Inde & Colaſſaeis Rhodij dicti ſunt. Suidas Ῥόδος ἡ νῆσος, ἥτις καὶ Λίνδος καλεῖται, καὶ Κολασσιεῖς οἱ οἰκήτορες διὰ τὸν Κολοσσόν. Euſtathius in Perijgetem, διὰ δὲ τὸν ἀνώτερον ῥηθέντα μέγαν Κολοσσὸν, καὶ Κολασσαεῖς ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου ἐκαλοῦντο οἱ Ῥόδιοι. Ioannes Antiochenus in Archæologia, οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες στήλην ἔστησαν, ἣν διὰ τὸ μέγεθος Κολοσσὸν ἔλεγον. καὶ διὰ τοῦτο ὠνομάσθησαν Κολασσαεῖς. Similia habet Cedrenus, in Synopſi, & Zonaras. Coloſſi huius meminere, cenſuereque inter

mi-

miracula. Strabo. Ἄριστα δὲ ὅτε τοῦ ἡλίου, ὅν φησὶν ὁ ποιήσας τὸ Ἰαμβεῖον, ὅτι ἑπτάκις δέκα Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσών, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. οὐκ ἀνέστησαν δ᾽ αὐτὸν κατά τι λόγιον τοῦτο δὲ δὴ τῶν ἀναθημάτων τὸ κράτιστον. καὶ τῶν γοῦν ἑπτὰ θεαμάτων ὁμολογεῖται. Philoſtratus de vita Apollonij lib. 5. cap. 7. Suidas, Euſtathius. Habitus itaque fuit hic Coloſſus ante omnes alios in admiratione, etſi non defuerint alij minores, & in eadem inſula, & alibi. de Rhodijs & alijs, Plinius lib. 34. cap. 7. de Coloſſo Herculis Tarenti, Strabo lib. 6. Præterea Coloſſos adnotabam ex Strabone ibidem, Iouis, omnium Coloſſorum, qui tunc extabant, poſt Rhodium maximum in foro Tarentinorum poſitum. Herodotus lib. 2. Coloſſorum circiter viginti in vrbe Sai apud Regiam, qui erant concubinarum Mycerini, meminit. Necnon aliorum duodenum cubitorum, qui ſtabant loco columnarum in Aula in Memphi à Pſamiticho extructi. Ameſis quoq; vt ipſe refert, Coloſſos, & immanes Androſphingas in veſtibulo Mineruæ apud Saitas poſuit. Pauſanias item in Atticis Coloſſi Memnonis meminit apud Thebas Ægyptias. Et in Eliacis prioribus, Iouis ærei pedum XXVII. altitudine. Nec non in Boeoticis Herculis, & Mineruæ Thebis à Thraſybulo, reliquaque Athenien-

nienſium exulum manu poſitorum Coloſſi ſpecie è Pentelico lapide. Erat etiam in Vrbe Coloſſus Domitiani, quem equeſtri habitu ipſemet ſibi poſt victoriam Germanicam, ſupra ingentem molem columnarum pulcherrimis marmoribus conſtructum dicauit in Foro. Papinius.

Quæ ſuper impoſito moles gemmata Coloſſo
Stat Latium complexa forum: & Martialis.
Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo
Plurima, qua ſummi fulget imago ducis.

Coloſſum nomen dicunt habuiſſe ab Auctore, inter eos Feſtus, *Coloſſus à Coleto artifice, à quo formatus eſt, dictus: fuit enim apud Rhodum inſulam ſtatua Solis alta pedes centum, & quinque.* Alij ab effectu, quod ſpectantium oculos diſſipat, quando præ molis magnitudine non liceat vnico aſpectu Coloſſum totum amplecti, diceretur que vnico vocabulo apud Latinos, vt lib. de Verborum Vitruuianorum ſignificatione animaduertit Bernardinus Baldus *Frangioculus*. Hinc *Coloſſea*, & *Coloſſicotera* apud Vitruuium.

Pga. 11. ℣. 25. Πηχέων ἑβδομήκοντα. Et infra, ἐφ' ὧν ἔμελλε Θεὸς ἑβδομηκοντάπηχυς ἐγείρεσθαι. Plinius lib. 34. cap. 7. *Septuaginta cubitorum altitudinis fuit.* Iambici carminis Auctor.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Maior illi vastitas tribuitur à Simonide in Epigrammate, nisi mendum sit. ita enim legitur.

> Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
> Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Et forsan Auctor scripserat ἑπτάκις δέκα. Constantinus tamen Porphyrogen. De administrando imperio ex Theophanis Chronico ὀκτάκις agnoscit cap. 31. ἐλθὼν δὲ τῇ Ῥόδῳ καθεῖλε τὸν Κολοσσὸν τὸν ἐν αὐτῇ ἱστάμενον. ἄγαλμα δὲ ἦν Ἡλίου, χαλκοῦν, κεχρυσωμένον, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν ἔχων ὕψος πήχεις π΄. καὶ πλάτος ἀναλόγως τοῦ ὕψους, καθὼς μαρτυρεῖ τὸ ἐπίγραμμα τὸ πρὸς τὴν βάσιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ γεγραμμένον, τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. Cedrenus in Synopsi historica ὀκτάκις etiam agnoscit in Constante Heraclij nepote. Anonymus de septem orbis miraculis ex Aristotele modum excedit, qui DC. cubitorum facit, ἕτεροι δὲ φασὶ τοῦτον κίονα χαλκοῦν παμμεγέθη πηχῶν, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, ἑξακοσίων. Eadem repetit Nicetas. Festus pedum centum & quinque. *Fuit enim apud Rhodum insulam statua solis alta pedes centum & quinque*. In quibus maximè fallitur Iacobus Dalecampius in Plinium, dum asserit idem esse, *Septuaginta cubitorum*, &, *pedum centum, & quinque*, siue enim cubitus geometricus intelligendus sit, qui tantùm valet, quantùm

sex

ſex noſtra cubita, vt Origenes, Auguſtinuſque tradiderunt: ſiue regius, qui maior eſt communi tribus digitis, vt refert Herodotus lib. 1. ſiue communis, qui tantum duobus pedibus menſuratur, adhuc ſeptuaginta cubita excedunt, nec centum, & quinque pedes ſeptuaginta cubitorum menſuram explent, ſed arctioribus terminis vinciuntur. quippe ſeptuaginta cubita pedes faciunt centum quadraginta, vt minimo, quamuis communi, cubito, altitudinem metiamur. Fœdiùs in hoc eodem lapſus eſt Dionyſius Gottofredus, qui Feſtum ita corrigit. *Centum & quinque, Imo 70. tantùm, vt ipſe met Chares ſcripſit.* Qui enim adeo rudis eſt, qui ignoret, pedem diuerſum eſſe à cubito, nec cubitorum numerum reſpondere pedum numero? Septuaginta cubita ſunt, non dubito. ideo ne & ſeptuaginta pedes? aliud πȢς eſt, aliud πῆχυς. Si Feſtus dixiſſet cubita fuiſſe centum & quinque, optimè Gottofredus animaduerteret. Sed cubitorum nulla mentio. tantùm pedes commenſus eſt.

Pag. 11. ℣. 27. Ἡ γὰρ εἰκὼν τȢ ΘεȢ. Probabili ſane ratione. Grandia quippe patrare, & aggredi, & ſublimia tentare, aſſequique, quæ vires humanas excedunt, non hominis eſt, non mortalis, ſed Herois cuiuſpiam, & diuinæ naturæ. Quis imaginem Dei vel in-

tellectu amplecti, vel verbis exprimere, vel ære, lapidibusque effingere potuisset, nisi ab ipso Deo ducens originem, spiritu quoque diuino inflammaretur? Perfectior enim natura, perfectiora assequitur. Rhodij itaque Dei à nullo alio quàm à Rhodio quopiam extruenda erat imago. cum Rhodijs tamquam affinibus, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος ἐκγεγαῶσιν innotuisse omnibus alijs clariùs, verosimillimum, & certissimum sit. Chares namque, vt placet Straboni, Plinio, Sexto Empirico, Eustathio, & alijs, siue Laches, vt Simonidi, & Cedreno, Lindius fuit. Lindus vna est ex Rhodi ciuitatibus. Scylax Caryandensis in Periplo, Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις, ἀρχαία πόλις, καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε Ἰάλυσος, Λίνδος, Κάμειρος. Vide Eustathium in Perijgetem. Plinium lib. 5. cap. 31. Diodorum. Locus Plinij, vt intelligi debeat, exponit Casaubonus in Strabonem, pag. 196.

Pag. 11. ℣. 28. Μόνοις ἐγινώσκετο τοῖς ἐξ ἐκείνου. Dio Chrysostomus Oratione Corinthiaca. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι λήξεις τε, καὶ κτήσεις τῶν Θεῶν κατὰ μόνας εἰσίν. Ἄργος μὲν Ἥρας, Ἀθῆναι δὲ Ἀθηνᾶς, καὶ αὐτῶν γε τούτων τῶν Θεῶν, Ῥόδος μὲν Ἡλίου, Ὀγχηστὸς δὲ Ποσειδῶνος, Κόρινθος δὲ ἑκατέρων. Qua verò ratione Rhodus Soli fuerit consecrata, ibique nati perpetuò Solem præ cæteris Dijs tamquam sui generis auctorem colue-

luerit, & de Heliadarum ortu, & progreſſu, vide Diodorum lib. 5. & nos ſupra ad naturalem cauſam cum Diodoro ipſo retulimus. Altera & ſatis probabilis ex Plinio lib.2.c.62. eſſe poterit, nullum inter annum eſſe diem nubilum licet, in quo aliqua hora ſol non appareat. Quod de Rhodo dicit Plinius, in Chio inſula vſu etiam eſſe, multi experimento comprobarunt. Alij Delum Apollini ſacram, ipſumque Delium appellarunt, quòd omnia per ipſum pateſiant, & in apertum veniant, & colluſtrentur, Phurnutus de nat. Deorum in Apolline. καὶ Δήλιον δὲ αὐτὸν ὠνόμασαν, καὶ Φαναῖον ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι δι' αὐτοῦ τὰ ὄντα, καὶ φωτίζεσθαι τὸν κόσμον, ὡς καὶ Ἀναφαῖοι Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο τοῦ ἀναφαίνοντος τὰ πάντα. τούτῳ δ' ἠκολούθησε, καὶ τὸ τὴν Δῆλον, καὶ Ἀνάφην ἱερὰς αὐτοῦ νομισθῆναι. διὰ δὲ τὸν εἰρημένον σαφηνισμὸν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν μαντικὴν αὐτῷ προσῆψαν.

Pag.11. ℣.29. Τοσοῦτον δ' ὁ τεχνίτης. Zonaras narrat Agarenos Rhodo ſubacta Coloſſum demolitos, æs vendidiſſe cuidam Iudæo, quod nongentorum camelorum iuſtum onus fuit, Conſtante Heraclij nepote regnante. Cedrenus etiam in Synopſi. Eadem repetit Incertus. Conſtantinus item Porphyrogenneta de Adminiſtrando Imperio c. 20. ὁ Μαβίας τὴν νῆσον Ῥόδον καταλαβὼν καθεῖλε τὸν ἑαυτοῦ Κολοσσὸν μετὰ χίλια τξ ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως, ὃν

Digitized by Google

Ἰουδαῖος τις ἔμπορος ὠνησάμενος Ἐδεσηνὸς τριάκοντα χιλιάδας καμήλους ἐφόρτωσεν αὐτοῦ τὸν χαλκόν. & cap.21. è Chronico Theophanis de eodem Mauia. ἔλαβε δὲ τὸν χαλκὸν αὐτοῦ καὶ διεπέρασεν ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν εἰς ἀγορὰν παντὶ τῷ βουλομένῳ. ὠνήσατο δὲ αὐτὸν Ἑβραῖος Ἐμεσηνὸς ἀποφορτώσας αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης καμήλους λπ΄. Codex antiquiſſimus MS. Theophanis Græcus legit Ἐδεσηνός. Landulphus lib.19. *Imperij Conſtantis Muhauias Rhodum rediens, deſtruxit Coloſſum eius poſt mille trecentos ſexaginta ſtabilitatis ipſius annos*. In qua narratiuncula vide quot Auctorum diſſidia. Conſtantinus, Landulphus, poſt mille trecentos & ſexaginta annos narrant Coloſſum ſublatum: Cedrenus poſt mille trecentos ſexaginta quinque. Theophanes, & Conſtantinus triginta millia Camelorum: Landulphus, Cedrenus, Zonaras tantùm nongentos ære illius oneraſſe. Conſtantinus, Zonaras, Cedrenus narrant Hebræum Mercatorem è Rhodo Inſula cum camelis aſportaſſe: Theophanes in Syriam Mabiam æs tranſportaſſe, ibique venale propoſuiſſe. Scaliger in Euſebij Chronicon, molis huiuſce pondus inquirens ſcribit 720. millia pondo, vel 144. quintalia fuiſſe. *Iacuit*, inquit, *in ſolio illa ingens ænea moles annos 977. donec Mauia Arabs Rhodo capta mercatori cuidam hunc Coloſſum vendidit, qui nongentos Camelos illius fragmentis one-*

Digitized by Google

oneravit. Cameli vero onus est duplum ad onus muli: est enim 800. pondo. Itaque secundum hanc rationem materia illius Colossi fuerit 720. millia pondo, vulgò vt mercatores nostri loquuntur essent 144. quintalia. Asportata fragmenta fuisse scribit Cedrenus anno Christi vulgari 655. millesimo verò 305. vt ipse nugatur, postquam erectus fuit. Quod si verum esset, erectus fuisset anno secundo Olympiadis XVII. quo nihil vanius. In quibus multa Scaligeri peccata considerantur à multis. Primò quòd mala fide Cedreni verba refert, vt videatur aliquid in Auctorem illum adnotasse. sanè nugatur ipse, & vanus est pluribus modis. Nam Cedrenus dicit, postquam erectus esset ille Colossus, annos 1365. non 1305. elapsos fuisse. Secundò non rectè Colossum iacuisse tot annos dicit, vt enim dicemus erectus fuit, vt alia omittam, temporibus Titi Vespasiani. Nam post primam illam ruinam sæpiùs restitutum legimus. Tertiò annos illos non rectè supputat. Nam si Christi annis 655. siue 652. annos ante Christum 222. addas, erunt anni 874. An Scaligero centum, & trium annorum spacium pro momento temporis sunt, ideoque cum reliquis annis non computandi? Quartò quia 720. millia pondo non efficiunt 144. quintalia, sed quinquagies plura nimirum septem millia & ducenta. Quintò ad 144. quintalia ferenda tantùm

sufficerent Cameli octodecim, quorum singuli ferent octingentas libras, ideſt octo quintalia, nec neceſſarij fuiſſent nongenti. Sextò quòd hanc æneam molem credidit fuiſſe septingentorum, & viginti millium pondo, quaſi ſolido ex ære conflata eſſet, cum legamus in Plinio, *Vaſti ſpecus hiant defractis membris, & ſpectantur intus magnæ molis ſaxa, quorum pondere illud ſtabiliuerat conſtituens*. & Philo noſter, τοῦτον ὁ τεχνίτης ἔσωθεν μὲν σχεδίαις σιδηραῖς, καὶ τετραπέδοις διησφαλίσατο λίθοις, ὧν οἱ διάπηγες μοχλοὶ κυκλώπιον ἐμφαίνουσι ῥαιστηροκοπίαν, καὶ τὸ κεκρυμμένον τοῦ πόνου τῶν βλεπομένων μεῖζον ἐστὶν. niſi forte mercator ſaxis quoque Camelos ſuos onerauit. Ita Scaliger, cum nimis ſe in alios Auctores acuens, ſubtiliſſimè ſe opponit, ignorantiæ, malitiæque iaculis facilè perforatur, & ni plenus rimarum exorbitet, nihil ſibi dixiſſe videtur. Et ſimilia monſtra ab Heröe iſto, qui etiam in errando neſcit ſeruare modum, inter homines vel paululum eruditos diſſeminari, illius ſapientiæ admiratores patiuntur? Qui verò Camelos ad triginta millia æſtimant, ridiculi mihi videntur. Eoque præcipuè cum Codex antiquiſſimus Græcus manuſcrip. Theophanis expanſo numero ἐνακοσίας legat. Vnde verò numerum Conſtantinus hauſit tam immanem? alij quærant.

Pag.

Pag. 12. ℣. 4. Μήποτε δὲ διὰ τοῦτο. Fabulantur namque Poëtæ quondam Rhodum aureo imbre irrigatam fuiſſe, Pindarus d. loco. Ex Pindaro ſua pinxit Philoſtratus in Imaginibus, in Ἀθηνᾶς γοναῖς. Himerius Oratione Propemptica, Ῥοδίους μὲν δὴ λόγος ὑσθῆναι χρυσῷ, χρυσὴν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Διὸς νεφέλην ῥήξαντος. Ingentem inſulæ fortunam, ac diuitiarum copiam fabulæ locum dediſſe, narrat Strabo l. 14.

Pag. 12. ℣. 12. Τοῦτον ὁ τεχνίτης. Plinius lib. 34. cap. 7. *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis Coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lyſippi ſupradicti diſcipulus, ſeptuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc ſimulacrum poſt quinquageſsimum ſextum annum terræmotu proſtratum, ſed iacens quoque miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti, quàm pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus biant defractis membris, ſpectantur intus magnæ molis ſaxa, quorum pondere ſtabiliuerat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum CCC. talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrij relicto moræ tædio*. Plinium in ſupputatione annorum falli deprehendit Salianus. neque enim poſt quinquageſimum ſextum, ſed vnum & octogeſimum corruit.

Pag. 12. ℣. 17. Κυκλώπιον ἐμφαίνουσι ῥαιστηροκοπίαν. Vt immanem laborem oſtenderet, immanis artificis mentionem fecit, Cyclopes enim montes magnitudine æquant, viri-

bus

bus Dijs non dissimiles, quare barbari, enormesque à Poëtis exprimuntur. Luculenter Homerus Odyss. κ. ex eo Virgilius 3. Æneidos, & Eurypides in Cyclope. Cyclopios conatus in elaborandis operibus felicissimè imitatus est Callimachus hymno in Dianam.

Ἐν θ' ἑοίγε ῥαιστῆρας, audi malleorum ictus, & incudum sonitus, ἀνειράμενοι ὑπὲρ ὦμον,

Ἤ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἠὲ σίδηρον,

Ἀμβολαδὶς τετύποντες ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν.

Vide Virgilium Georg.4. & Æneidos lib.8.

Pag. 13. ℣.7. Νοῶν τὴν συμμετρίαν. Nomine Symmetriæ vsi sunt etiam Latini. Gellius lib.1. *competentiam* vocauit. *Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam, modificatus est*. Vitruuius lib. 1. cap. 1. & alibi felicissimè expressit latinè, *Commensum*. *Vt etiam in operum perfectionibus singulorum membrorum ad vniuersam figuræ speciem habeat commensus exactionem*. Plinius lib.34. cap.8. de Lysippo statuario verba faciens, negauit Symmetriam habere nomen latinum, *Non habet latinum nomen symmetria, quam diligenter custodiuit*. Vt à multorum reprehensione defendatur Plinius, lege Bernardinum Baldum de Verborum Vitruuianorum significatione, voce *Symmetria*; ex quo hæc excerpebamus.

Pag. 14. ℣.14. Τὴν ἐπίνοιαν ἀσφάλιστον. Cecidit

Digitized by Google

cidit tamen terræmotu, nec denuo postea ad multum tempus erectus, Strabo lib. 14. Polybius histor. lib. 5. terræmotum, & damna, quæ inde Rhodijs prouenere narrat, inter ea πεσεῖν συνέβη τόντε Κολοσσὸν τ̄ μέγαν, ad quem reficiendum tria millia talentum promiserat Ptolomæus, εἰς τὴν τȣ̃ Κολοσσȣ̃ κατασκευὴν τάλαντα τρισχίλια. Addit præterea Rhodios in ea calamitate tam prudenter, ac solerter se egisse, vt emolumento potiùs, quàm damno is casus illis fuerit. In quibus, vt vides, tempus non notat, notat tamen Eusebius, qui terræmotus & ruinæ Colossi meminit anno secundo Olympiadis CXXXIX. Chronicum verò Alexandrinum vna Olympiade priùs euenisse tradit. Καρία, κ̀ Ῥόδος ἐσείσθη, ὡς κ̀ τ̄ Κολοσσὸν ἐν Ῥόδῳ πεσεῖν. Fusiùs Iustinus hist. lib. 30. Neque tum solùm sed aliàs etiam refectum procubuisse, & in aliam formam mutatum colligimus ex Chronico Alexandrino sub Vespasiano VII. & Tito IV. Coss. pedum centenum septenum. ἐπὶ τȣ́των τῶν ὑπάτων ἐν Ῥόδῳ ὁ Κολοσσὸς ἀνεστάθη μῆκος ἔχων πηχῶν ρζ. Georgius Syncellus triginta addit, ὁ Κολοσσὸς Ῥόδȣ ἀνεστάθη μῆκος ποδῶν ρλζ ἐκ χαλκȣ̃. ex eodem habemus Commodum sublato illius capite suum imposuisse. τȣ̃ ἐν Ῥόδῳ ἡλιακȣ̃ Κολοσσȣ̃ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν κόμμοδος τὴν ἑαυτȣ̃ ἔστησεν. qui

po-

postea ab Agarenis, siue Arabibus, subacta Rhodo, vt supra diximus, difractus aliò venalis transportatus est Heraclij nepote imperante.

Pag. 14. ṽ. 23. Ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς ἐλπίδος. Philo Byzantius, alijque innuunt Charetem, siue quis alius fuerit Colossi auctor, eundem, & initium fecisse, & finem operi imposuisse. Sextus Empiricus aduersus Mathemat. lib. 7. scribit Auctorem sibi manus consciuisse, cum in initia tantùm Colossi impendisset, quod illi fuerat datum, datum autem fuerat quod ipse petierat. Cum enim Rhodij rogassent, quantùm impenderetur pecuniæ ad construendum Colossum; ille definijt. rursus rogarunt, quantùm autem, si vellent eum duplo maiorem constituere, duplum postulauit, quod tamen ad perficiendum opus non suffecit. *Θανόντος δὲ αὐτοῦ*, subdit, *συνεῖδον οἱ τεχνῖται, ὡς οὐ διπλάσιον ἐχρῆν, ἀλλ' ἑκατονταπλάσιον αἰτῆσαι. οὐ γὰρ μῆκος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν διάστασιν ὤφειλε μεγεθοποιεῖν τοῦ δημιουργήματος. ὥστε ἀναλογία τίς ἐστιν ἐν πλαστικῇ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ζωγραφίᾳ. δι' ἣν ὁμοιότητα κατ' ἀπαραλλαξίαν κατορθοῦται.* Hic memineris lector antiquissimæ Ephesiorum legis, qua Architectorum imprudentia puniebatur, impensarumque largissimæ profusiones compescebantur. Vitruuius lib. 10. in proœmio. *Nobili Græcorum, & am-*

Digitized by Google

& ampla ciuitate Ephesi lex vetusta dicitur à maioribus dura conditione, sed iure esse non iniquo constituta. Nam Architectus cum publicum opus curandum recipit, pollicetur quanto sumptu id futurum: tradita æstimatione magistratui bona eius obligantur, donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cum ad dictum impensa respondet, decretis, & honoribus ornatur. Item si non amplius, quàm quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adijcienda, & de publico præstatur, neque vlla pœna tenetur. Cum verò amplius quàm quarta in opere consumitur ex eius bonis ad perficiendum pecunia exigitur. Addit. *Vtinam Dij immortales fecissent, quod ea lex etiam populo Romano non modò publicis, sed etiam priuatis ædificijs esset constituta: namque non sine pœna grassarentur imperiti, sed qui summa doctrinarum subtilitate essent prudentes, sine dubitatione profiterentur Architecturam.*

Muri Babylonij.

PAg. 15. ℣.9 *Σεμίραμις ἐς βασιλικὴν ἐπλεύτησεν*. Rerum enim amplitudine atque industria partum imperium ad admirationem vsque auxit, anteiuitque virtute, & præclaris facinoribus non feminas modò, & viros, sed etiam Reges reliquos, quibus expulsis, occisisque suo imperio adiecit, & deuicta Æthiopia, Indiam ipsam, quo præter illam, vt Iusti-

nus

Digitized by Google

nus refert lib. 1. & Alexandrum magnum nemo intrauit. Hæc decantatiſſima ſunt. Vide Herodotum lib. 1. Diodorum lib. 2. Neque his cōtenta magnificentiſſimis fabricis, etiam regio faſtui ſuperioribus, memoriam ſui quã-maximè longam, & glorioſam effecit. Ideoque virtus eius clara, fluxis, atque fragilibus ſpretis, æternaque habetur, Strabo lib. 16. Iulianus Apoſtata Oratione in Imperatricem Euſebiam de Semiramide. ὑπὲρ γὰρ δὴ ταύτης πολὺς μὲν λόγος, ὡς ἐναυμάχει ναυσὶ τρισχιλίαις, καὶ πεζῇ παρετάττετο μυριάδας ὁπλιτῶν τριακοσίας ἄγουσα. τότε ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ᾠκοδόμει πεντακοσίων σταδίων μικρὸν ἀποδέον. καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν ὀρύγματα, καὶ δαπανηρὰ κατασκευάσματα ἐκείνης ἔργα γενέσθαι λέγουσιν. Iure ergo *βασιλικὴ* dicitur Dioni Chryſoſtomo Orat. 2. de Fortuna. *ἤνεγκεν ὁ παλαιὸς βίος καὶ ἐνδόξους γυναῖκας Ῥοδογούνην πολεμικήν, Σεμίραμιν βασιλικήν, Σαπφὼ μουσικήν, Τιμάνδραν καλήν.*

Pag. 15. ℣. 20. Βαβυλῶνα γὰρ ἐτείχισεν. Adi Diodorum. Babylonis primùm Aſſyriorum, deinde Medorum, poſtremò Perſarum arcis, Regumq; domicilij primus conditor, Moſi in Geneſi, Ioſepho Antiquit. Iudaic. lib. 1. Cedreno in Hiſtor. Synopſi, Zonaræ tom. 1. Hiſtor. fuit Nembrotus, ſiue Nembrodes, nepos Chamæ, pronepos Noachi. Stephanus dicit fuiſſe conditam à Babylone Medi filio.

Eu-

Digitized by Google

Eustathius in Perijgetem, ἕτεροι δὲ Σελεύκειαν ποτὲ καλεῖσθαι τὴν τοιαύτην Βαβυλῶνα φασὶν, καὶ κτίσμα εἶναι Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφωτάτου, παιδὸς Μήδου, καὶ ἀρχαιοτέραν τὴν πόλιν ταύτην τῆς Σεμιράμιδος λέγουσιν ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις. Ammianus Marcellinus lib. 23. Mœnia quidem à Semiramide fatetur structa, sed arcem à Belo rege. Herodotus lib. 2. à multis Assyriorum regibus conditam paulatim. Semiramidem extruxisse volunt Propertius lib. 3. eleg. 11.

Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem.

Theocritus in Gratijs, vel Hierone. Q. Curtius lib. 5. Iustinus lib. 6. Suidas verbo, *Semiramis*. Diodorus Siculus lib. 2. Solinus cap. 60. Plinius lib. 6. cap. 26. Plutarchus in Alexandro. Strabo lib. 2. Ouidius 4. Metamor. Claudianus in Ruffinum lib. 1.

Creditur & centum portis Babylona superbam
Femineus struxisse labor.

Raderus in Mart. epig. 1. scribit Dionysium de situ Orbis Belum facere vrbis parentem, Semiramidem mœnium, quod falsum videtur. Dionysius namque Semiramim & mœnia, & arcem Babylonis, etsi arcem in honorem Beli, extruxisse fatetur.

Πρὸς δὲ νότον Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις. τὴν ῥά τε πᾶσαν
Τείχεσιν ἀῤῥαγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσεν.

Au-

Αὐτὰρ ἐπ' ἀκροπόληϊ μέγαν δόμον εἴσατο Βήλῳ,
Χρυσῷ τ' ἠδ' ἐλέφαντι, καὶ ἀργύρῳ ἀσκήσασα.

Et explicat Eustathius, καὶ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει δέ φησὶ βωμὸν τῷ Βήλῳ ἡ Σεμίραμις ἵδρυσεν. Dices templum Belo, non arcem extruxisse ex Dionysij verbis inferri. Fateor. Non tamen facit vrbis parentem Belum.

Pag. 15. ỷ. 21. Τριακοσίων ἑξήκοντα. Immensum Babylonis ambitum variè scriptores literis prodidere. Dio Chrysostomus Athenis duplo ampliorem esse; Athenas verò adiuncto Pireæo, & mœnibus intermedijs stadia ducenta ambitu continere, Oratione Diogenes, siue de Tyrannide, dicit. Herodotus, quadringentorum octoginta stadiorum circuitum facit, lib. 1. Herodotum videtur secutus Plinius lib. 6. cap. 26. Strabo lib. 15. stadiorum trecentorum octuaginta quinque. Diodorus ex Clitarcho, & alijs trecentorum sexaginta quinque, terdecies centenis hominum millibus ad opus conuocatis, & quolibet anni die stadio vrbis absoluto. Q. Curtius lib. 5. *Totius operis ambitus CCCLXVIII. stadia complectitur, singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est. Aedificia non sunt admota muris, sed ferè spatium iugeri vnius absunt.* Qui locus omnino corrigendus est, *Totius operis ambitus CCCLXVI. stadia.* Sic enim singula singulis anni diebus re-

respondebunt. Amplissima hæc vrbs à posteris neglecta, postquam Seleucus Nicator, & successores in Seleuciam ab se conditam imperium transtulit, consumpta euanuit, non nisi tantæ molis reliquijs superstitibus, Strabo. Plinius d. loco. *Cætero in solitudinem rediјt, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie, ac sui iuris, Macedonumque moris.* Et Pausanias in Arcadicis, Βαβυλῶνος δὲ ταύτης, ἣν τινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰμὴ τεῖχος.

Pa. 15. ℣. 20. Ἔστι δὲ οὐκ ἐν τῷ μεγέθει μόνον. Ipsa enim magnitudine, quæ præter vsum, hominumque expectationem illi obtigerat, admirationem ciebat: incredibilia namque videntur, Iulianus Imperator Oratione in Eusebiam.

Pag, 15. ℣. 25. Ὀπτῇ γὰρ πλίνθῳ, καὶ ἀσφάλτῳ. Theocritus in Gratijs.

Ὑψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ,
Καὶ πόντου Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπη πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.

Nec dissentit Propertius lib. 3. Eleg. 11. Ouidius 4. Metamorph. Lucanus lib. 6. Diodorus, Iustinus lib. 1. Q. Curtius lib. 5. Vitruuius lib. 1. cap. 5. Modum verò, & materiam lapidum vnde habuerint, explicat Herodotus.

Pag. 15. ℣. 25. Καὶ ἀσφάλτῳ. De Asphalto, eiusque natura, origine, vide plura apud Diodorum Biblioth. lib. 2. Præbuisse verò vsum calcis præter iam dictos, Plinius lib. 35. cap. 40. *Calcis quoque vsum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris*. Eam à flumine, cuius nomen Is erat, deductam narrat Herodotus.

Pag. 15. ℣. 26. Καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστὶ τοῦ τείχους. Curtius, *Altitudo muri L. cubitorum eminet spatio*. Strabo, ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων πήχεις πεντήκοντα. Herodotus, ὕψος δὲ διηκοσίων πήχεων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι. Plinius, *Muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quàm nostra*. Diodorus, τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν Κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δὲ ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν, πηχῶν πεντήκοντα. Solinus cap. 60. *Quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo quinquaginta, in singulos pedes ternis digitis, vltra quàm mensura nostra est, altioribus*.

Pag. 16. ℣. 3. Τὰ δὲ πλάτη τῶν παραδρομίδων. Diodorus, τηλικοῦτον δ' ἦν τὸ βάρος τῶν ἔργων, ὥστε τὸ μὲν πλάτος εἶναι τῶν τειχῶν ἓξ ἅρμασιν ἱππάσιμον, τὸ δὲ ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος. & infra, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον, ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον. Herodotus. μετ᾽ δὲ τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος. Plinius, & Solinus, quin-

quinquagenos pedes attribuunt. Strabo pedes triginta duos. Curtius cum Strabone, *Spatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur*. παραδρομὶς eſt Philoni, quod Straboni πάροδος, ſpatium ſcilicet inter eminentes vtrinque muros, quaſi vallis excurrens, ambulationibus deſtinatum. ἡ δὲ πάροδος ἐπὶ τοῦ τείχους ὡς τέθριππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις ῥαδίως. Diodorus, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον. Propertius.

Et duo in aduerſum miſit per mœnia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.

Curtius, *Quadrigæ inter ſe occurrentes ſine periculo commeare dicuntur*. Hos tamen muros Pauſanias ſcribit neque ſe vidiſſe, neque ab alio, qui viderit, audiſſe in Meſſeniacis.

Pag. 16. ℣. 17. Πολύστατοι δὲ καὶ συνεχεῖς. Diodorus turres ducentas, & quinquaginta, quas tamen in tanto ambitu paucas fuiſſe narrat. Sed paludes loco turrium ciuitatem munijſſe: qui tamen ſupra dixerat turres crebras fuiſſe, & magnas. Strabo ſcribit turres altas fuiſſe cubitos quinquaginta.

Pag. 16. ℣. 13. Καὶ λέληθεν ἐν αὐτῇ τῇ οἰκουμένῃ. Immenſa Vrbis magnitudo, vaſtiſſimo territorio ſe diffundens, pluribus hominum myriadibus culta, in qua hoſpes ciuis, & peregrinus quilibet habitator eſſe poteſt, ſingulare caput admirationis, an laudis? dubium:

Magnitudo quippe, quæ modum excedit, & multitudo, quæ numerum, immanitas illa, confuſio hæc erit. Ciuium enim multitudine indefinita, rectè ciuium munia non obeuntur. Qui Magiſtratus tribuit, iuſque curat exercendum, intanta multitudine ciues ſuos non nouit. Quod reipublicæ benè gerendæ impedimento eſt. Et ſicut aliarum rerum, ita & Ciuitatis debet eſſe magnitudinis modus. ſicut enim nimis paruum, ita & nimis magnum in vitio eſt. Quare Ariſtoteles lib. Polit. 7.cap.4. iuſtum,verumque multitudinis ciuium modum determinat, nimirum, qui rerum neceſſariarum copia ſit inſtructus: deinde vt ciues inuicem ſe noſcant; ne ignoti viuant inter ignotos. Plutarchus item Sympoſiacorum 5. cap.5. *Plato*, inquit, *curam de augmento vrbium poſſe referri ad conuiuia putabat. Magnitudo enim Conuiuij iuſta eſt, quamdiu conuiuium manere poteſt. Vbi ob conuiuarum multitudinem numerum excedit, vt iam compellationes, mutua comitas, & notitia excludantur, nec conuiuium quidem eſt.* Tacitus lib. 14. Ariſtotelis ſententiam miro artificio expreſſit, cum de Colonijs in Italia deductis ageret. Babylonis itaque immenſitas admirationem omnibus mouet. Incommoda tamen ſenſiſſe, quæ ex immodica magnitudine Ciuitatibus accidere adnotauit Ariſtoteles, ipſa hi-

ſtoria

Digitized by Google

ſtoria manifeſtum eſt. Quippe illius imperium, cum non poſſet tantam molem ſuſtinere, & multitudinis impetum frænare, citiſſimè corruit, alioque tranſlatum, miſeram, exhauſtamque Babylona reliquit, cuius ruinæ ingentes, & emortua faſtigia ſua magnitudine ad hæc tempora ſtuporem contuentibus mouent. Hæc quæ diximus omnia carminibus ex Cteſia, Clitarcho, Diodoro, Dione Caſſio, Herodoto, Philoſtrato, & alijs complexus eſt Ioannes Tzetzes Chiliad. 9. Hiſt. 275.

Templum Dianæ Epheſiæ.

PAg. 17. ℣. 4. Ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ναός. Hoc quoque inter ſeptem Orbis miracula connumeratum, magnitudine, impenſa, opibus, immunitate, ſumma Græcorum omnium, exterarumque gentium admiratione, & conſenſu. Herodotus lib. 2. Ariſtophanes in Nubibus. Callimachus Hymno in Dianam, Stephanus de Vrbibus, Pauſanias in Meſſeniacis. Eius opum meminit Trebellius Pollio in Gallienis, *Tunc etiam templum Dianæ Epheſiæ diſpoliatum, & incenſum eſt, cuius opes fama in populos ſatis notæ.* In eo ſecuritatis gratia, omnium gentium pecunias fuiſſe congeſtas tradit Dio Chryſoſtomus Oratione Rhodia-

ca. ἴστε που τοὺς Ἐφεσίους ὅτι πολλὰ χρήματα παρ' αὐτοῖς ἐστι, τὰ μὲν ἰδιωτῶν ἀποκείμενα ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀρτέμιδος οὐκ Ἐφεσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένων, καὶ τῶν ὅπουθεν δήποθεν ἀνθρώπων, τὰ δὲ καὶ δήμων, καὶ βασιλέων. τιθέασι πάντες οἱ τιθέντες ἀσφαλείας χάριν, οὐδενὸς οὐδεπώποτε τολμήσαντος ἀδικῆσαι τὸν τόπον, καίτοι πολέμων ἤδη μυρίων γεγονότων, καὶ πολλάκις ἁλούσης τῆς πόλεως. Illud verò neminem auſum templum iniuria afficere, tametſi plurima iam bella geſta ſint, & ciuitas fuerit capta, vt verum ſit, vide Gyraldum de Hiſtor. Deorum Symtag. 12. qui copioſè de eius conditoribus, & inſtauratoribus, tum de illis, qui illud incenderunt, alijſque templi memorabilibus diſputat. Omnium ſanè conflagratio illa admirabilior, item & ſtultior, Heroſtrati ſcilicet, qui gloriæ cupiditate templum incendit, vt opere illo, licet nefario nomen illius vulgaretur. Strabo. ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατος ἐνέπρησεν. Valerius Maximus lib. 8. cap. 14. *Illa verò gloriæ cupiditas ſacrilega: inuentus eſt enim, qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbem diſſereretur. Quem quidem mentis furorem aculeo impoſitus detexit. At benè conſuluerant Epheſij, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: niſi Theopompus magnæ facundiæ ingenium in hiſtorijs eum ſuis comprehendiſſet.* Similia habet Euſta-

Digitized by Google

ſtathius in Perijgetem. Eadem nocte conflagraſſe, qua natum Alexandrum Magnum, tradunt Zonaras tom. 1. Cicero lib. 2. de nat. Deorum, qui & dicterij de ea re Timæi hiſtorici meminit. *Concinnèque vt multa Timæus: qui cum in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe, adiunxit, minimè id eſſe mirandum, quòd Dianã, cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo.* Dictum hoc ad Hegeſiam refert Plutarchus in Alexandro, mirèque hominem exagitat. ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσαμένου μηνὸς ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτη καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. ὡς Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον. εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. ὅσοι δὲ τῶν Μάγων ἐν Ἐφέσῳ διατρίβοντες. &c. Reſtauratum tunc ab Epheſijs collatis proprijs facultatibus, non è Perſarum depoſitis, vt calumnioſè volebat Timæus, refert Strabo lib. 14. Certè Epheſiorum ſummum in ſeruandis depoſitis ſtudium mirum in modum commendat Dio Chryſoſtomus Orat. dicta.

Pag. 17. ℣. 5. Ἐν Ἐφέσῳ. Vrbem optimam, & nobiliſſimam vocat Strabo. Stephanus. Ἔφεσος πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμὴν ἐν κόλπῳ. Pauſanias in Achaicis. Ἴωσι δὲ ἔχει

μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν κράσεως ἡ χώρα, ἔχει δὲ καὶ ἱερὰ οἷα οὐχ ἑτέρωθι, πρῶτον μὲν τὸ Ἐφεσίας μεγέθους τε εἵνεκα, καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ πλούτῳ. Ἀ Smyrna Amazone, quæ eam occupauerat. Smyrnam etiam dictam ab Amazone Smyrna ex Callino, & Hipponacte refert Stephanus, & Strabo. verba Hipponactis.

Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ
Μεταξὺ Τρηχείης τε, καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς.

Sic enim distinguenda sunt Hipponactis verba. quod miror alios latuisse. Porrò Smyrnam Lydiæ fuisse ascriptam pluribus probat Ianus Rutgersius Var. Lect. lib. 2. cap. 1.

Pag. 17. ℣. 11. Γίγαντες γὰρ. Non vnum omnes Templi conditorem agnoscunt. Ab Amazonibus extructum fuisse, refert Callimachus Hymno in Dianam. Et Dionysius Perijgeta. His subscribunt Plinius lib. 5. cap. 29. Solinus cap. 43. Mela lib. 1. cap. 17. Pausanias in Achaicis multis disputat, non ab Amazonibus, sed à Creso, Ephesoque Istiæi filijs fuisse extructum, fallique Pindarum, qui id asseruerit. Refert item in Messeniacis ex aliorum sententia Amazonas illud fecisse, τὰ δὲ αἴτια, ἐμοὶ δοκεῖν, Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Roman. lib. 4. Iones tradit Auctores. Ἴωνες μὲν ἐν Ἐφέσῳ τὸ Ἀρτέμιδος, Δωριεῖς δὲ ἐν Τριοπείῳ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος.

Digitized by Google

Ijque Apem, qua præeunte Colonias duxere, Dianæ Ephesiæ dedicarunt, vt ex Philostrato in Imaginibus, & post Philostratum Himerio in Declamationibus adnotabam. Architectum vocat Strabo Chersiphronem, vel vt alij legunt, Archiphronem, τὸν δὲ νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω. Vitruuius Ctesiphontem Cnossium, & filium eius Metagenem, Demetrium, & Pœonium Ephesium lib. 7. in proæmio. *Primùmque ædes Ephesiæ Dianæ Ionico genere ab Ctesiphonte Cnossio, & filio eius Metagene est instituta, quam postea Demetrius ipsius Dianæ seruus, & Pœonius Ephesius dicuntur perfecisse.* Post Herostrati deflagrationem restituit Chirocrates, siue Dinocrates Architectus, referente Strabone. Vide Plutarchum in vita Alexandri, & de eiusdem fortuna. Nota Nicodemum Frischlinum in Callimachum Architectos templi huius, vna cum Auctoribus, qui ope collata, vt extrueretur, curarunt, confundere. Secundò malè Pausaniam inconstantiæ arguere: quippe in Achaicis ex propria sententia rem definit de Amazonibus, in Messeniacis ex aliorum loquitur; ideoque addidit, id fama esse peruulgatum, Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι. Adde, licet Amazones simulacrum Dianæ Ephesiæ confecerint; ideo

ne

ne & templum? Tertiò nimis insulsè Pausaniæ imponere, Xenophontem Grylli filium templum condidisse, cùm tantùm Pausanias scribat, Xenophontem Grylli filium templum erexisse Dianæ Ephesiæ nuncupatum, idque in Scillunte vrbe, non Epheso. quod & Massalianos, aliosque plures fecisse, Historia traditum est. κατοικήσας δὲ ἐν Σκιλλοῦντι τέμενός τε, καὶ ἱερὸν καὶ ναὸν Ἀρτέμιδι ᾠκοδομήσατο Ἐφεσίᾳ, in Prioribus Eliacis. Vide Xenophontis de hoc suauissimas Epistolas, quas inter Socraticas edidimus. Simulacri auctorem lib. 8. cap. 38. Plinius Mentorem facit. *Phidiæ Iupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori Capitolinus, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis eius vasa.* & lib. 16. cap. 40. Canetiam memorat. Simulacrum Dianæ ex cedro, quemadmodum & templi lacunaria fuisse facta docet Vitruuius lib. 2. *Ephesi in æde simulacrum Dianæ, & etiam lacunaria ex ea,* cedro, *& ibi, & in cæteris nobilibus fanis propter æternitatem sunt facta.* Plinius lib. 16. cap. 40. ait ambigi de simulacro, quamuis conueniat tectum eius esse è cedrinis tabulis. *Buxum maximè æternam putant, ebenum, & cupressum, cedrumque claro de omnibus materijs iudicio in templo Ephesiæ Dianæ, vtpote cum tota Asia extruente, quadrigentis annis peractum sit. Conuenit tectum eius esse è cedrinis trabibus. De ipso simulacro Deæ*

ambi-

Digitized by Google

ambigitur. Cæteri ex ebeno esse tradunt. Mutianus ter Consul ex his, qui proximè viso eo scripsere, vitigineum, & nunquam mutatum, septies restituto templo. Hanc materiam elegisse eandem, Canetiam nomen Artificis nuncupans: quod equidem miror, cum antiquiorem Minerua quoque, non modò Libero patrè vetustatem ei tribuat. Adijcit multis foraminibus nardo rigari, vt medicatus humor alat, teneatque iuncturas, quas & ipsas esse modico admodum miror. Valuas esse è cupresso, & iam quadringentis prope annis durare materiam omnem nouæ similem. Id quoque notandum valuas in glutinis compage quadriennio fuisse. Cupressus in eas electa, quoniam præter cætera vno in genere materiæ nitor maximè valeat æternus. De Gigantibus, & Aloëi filijs vide Libanium in Narrationibus, Nicephorum Basilacem in Progymnasmatis, quos propediem edemus, & alios Fabularum Scriptores.

Pag. 17. v. 19. Τὸ γὰρ ἔδαφος τῆς ὑποκειμένης. De Templo illo, eiusque cæteris ornamentis, *quæ plurium librorum instar obtinent*, vt ait Plinius, Ctesipho, & Metagenes Vitruuio Auctore lib. 7. volumen ediderunt. Plinius l. 36. cap. 14. *Græcæ magnificentiæ vera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ ducentis viginti annis factum à tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico, atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur,*

cal-

calcatis ea substrauere carbonibus, dein velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est CCCCXXV. pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ LX. pedum altitudine, ex ijs XXXVI. cælatæ, vna à Scopa. Operi præfuit Chersiphron Architectus. Summa miracula epistylia tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille peronibus harena plenis molli poluino super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, vt sensim totum insideret. Difficillimè hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili, anxio artifice mortis destinatione suprema. Traduntque in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse præsentem Deam, cui templum fiebat, hortantem, vt viueret; se composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit, pondereque ipso correctus videbatur. & infra cap. 23. de Columnis. *In Ephesiæ Dianæ æde, de qua prius fuit sermo, primùm columnis spiræ subditæ, & capitella addita. Placuitque altitudinis octaua pars in crassitudine, & vt spiræ haberent crassitudinis dimidium, septimæque partes detraherentur summarum crassitudini.* Et notandum est, quod Plinius tradit, ne in lubrico, atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur calcatis ea substrauisse carbonibus, dein velleribus lanæ, idque Theodoro Samio Auctore, vt tradit Laertius lib. 2. in Aristippo. Hesychius de viris Illustribus eadem ex Laërtio ex-

scri-

Digitized by Google

ſcripſit. De Carbonibus nullo humore corrumpi ſolitis Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 31. cap.4. *Quid in Carbonibus? Non ne miranda eſt, & tanta infirmitas, vt ictu leuiſſimo frangantur, preſſu facillimo conterantur, & tanta firmitas, vt nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, vſque adeo vt eos ſubſternere ſoleant, qui limites figunt ad conuincendum litigatores, quiſquis poſt quantalibet tempora extiterit, fixumque lapidem non eſſe contenderit. Quis eos in terra humida effoſſos, vbi ligna putreſcerent, tandiu durare incorruptibiliter poſſe, niſi rerum ille corruptor ignis effecit?* Et in libris de Limitibus paſſim fit mentio Carbonum ſub terminis poſitorum. Epheſini nihilominus templi magnitudinem à Vaticana Baſilica, tempore Silueſtri Papæ extructa, nec non à Florentino templo D. Virginis, *Floris* nuncupatæ vinci, Franciſcus Albertinus lib. 3. de mirab. Nouæ & Veteris Vrbis: Et Robertus Cenalis Abricenſis Epiſcopus in Hiſtor. Gall. vt mihi retulit Naudæus noſter, templum B. Virgini Lutetijs dicatum maius eſſe, & ſplendidius, vtriuſque menſuris inter ſe collatis, magiſque operosè fabricatum probare conantur.

Pag. 17. ℣. 25. Ὀρῶν λατομίας. De Pyxodoro inuentore Lapicidinæ, qua templum Dianæ Epheſiæ conſtructum eſt hæc Vitruuius lib. 10. cap. 7. *Puſillum extra progrediar, & de*

his

his lapicidinis, quemadmodum ſunt inuentæ, exponam. Pyxodorus fuerat paſtor, is in his locis verſabatur. Cum autem ciues Epheſiorum cogitarent fanum Dianæ ex marmore facere, decernerentque à Paro, Proconeſo, Heraclea, Thaſo vti marmore, per id tempus propulſis ouibus Pyxodorus in eodem loco pecus paſcebat, ibique duo arietes inter ſe concurrentes, alius alium præterierunt, & impetu facto vnus cornu percuſsit ſaxum, ex quo cruſtam, quæ candidiſsimo colore fuerat, deiecit. Ita Pyxodorus dicitur oues in montibus reliquiße, & cruſtam curſim Epheſum, cum maximè de ea re ageretur, detuliſſe. Ita ſtatim honores ei decreuerunt, & nomen mutauerunt, vt pro Pyxodoro, Euangelus nominaretur: hodieque quot menſibus magiſtratus in eum locum proficiſcitur, & ei ſacrificium facit, & ſi non fecerit, pœna tenetur. Præterea cap. 6. habes Cteſiphontis ingenioſam inuentionem ad ſcapos columnarum deportandos ad Dianæ fanum propter magnitudinem onerum, & viarum campeſtrem mollitudinem, non confiſus carris. quem cum adſimilia onera deportanda non imitatus fuiſſet Paconius, ſed diuerſa ratione aggreſſus, re non proficiente pecuniam ita contriuit, vt ad ſoluendum non eſſet. *Vtinam multos Paconios noſtris temporibus non haberemus*, exorauit olim Daniel Barbarus. & nunc exorare, quid vetat?

Mau-

Digitized by Google

PHilonis de Mausoli Sepulchro caput, sicuti & de Dianæ Ephesiæ templo posteriorem partem, iniuria temporis amisimus. Si quid ex alijs Auctoribus decerpsimus, in legentium vsum conferamus in medium.

Ecatomnus Cariæ Rex, Epistathmus, id dignitatis nomen erat, vt scribit Isocrates in Panegyrico, Ἑκάτομνος δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκεν. ὁμολογήσει δὲ ὅταν ἡμεῖς βουληθῶμεν. & Harpocratio in Lexico. tres habuit filios Mausolum, Idrieum, Pyxodarum, filias Artemisiam, & Adam. Idriei meminit Harpocratio, δυνάστης ἦν οὗτος ἐν Καρίᾳ υἱὸς Ἑκατόμνου, ἀδελφὸς δὲ Μαυσώλου, καὶ Ἀρτεμισίας. & Isocrates in Philippica tamquam omnium opulentissimi, Regique Persarum infensi.. καὶ μὴν Ἰδριέα γε τὸν εὐπορώτατον τῶν νῦν περὶ τὴν Ἤπειρον προσήκει δυσμενέστερον εἶναι τοῖς βασιλέως πράγμασι τῶν πολεμούντων: quòd fratrem Mausolum excruciauerit, bellum contra ipsum gesserit, perpetuòque illi struxerit insidias, vt corpore, & rebus eius potiretur. Idrieus post Artemisiam regnum tenuit, Ada sorore ducta. Diodorus lib. 16. βραχὺ δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων Ἀρτεμισία μὲν ἡ Καρίας δυναστεύουσα μετήλλαξεν ἄρξασα ἔτη δύο. τὴν δὲ δυναστείαν Ἰδριεὺς ἀδελ-

φὸς

φὸς διεδέξατο καὶ ἦρξεν ἔτη ἑπτά. Ada illi morbo extincto successit. Eam Pyxodarus tertius Ecatomni filius Regno expulit, Aphneide Cappadoce sibi in matrimonium iuncta, ex qua filiam suscepit, Adam nomine. Pyxodaro de medio sublato, Satrapes, qui in societate Regni erat accersitus, Adam iuniorem duxit vxorem, regnumque obtinuit. Senioris Adæ precibus ab Alexandro Macedone eijcitur. Natu maximus filiorum Ecatomni Mausolus primus omnium rerum in Caria potitus Artemisiam sororem sibi in matrimonio collocauit, quæ prosequitur Strabo lib. 14. de Halicarnasso verba faciens.

Mausolus non minùs opibus, quàm prudentia bellica celebris, aduersus Græcos Persarum partes tutatus, maximis damnis Athenienses, & reliquam Greciæ oram afflixit, Artemisia vxore, non consilio modò, sed manu etiam vires suppeditante, Vlpianus in Demosthenis Oratione de Rhodiorum libertate. Ἀρτεμισία δὲ Μαυσώλου μὲν γέγονεν ἀδελφὴ καὶ γαμετή, Καρίας δὲ ἐβασίλευε. φιλίαν δὲ ἐσπάττε βασιλεῖ, διὰ τὸ οἰκεῖον συμφέρον αὐτὸν θεραπεύουσα, καὶ ἄρχουσα μὲν τῶν οἰκείων, οὐδὲν δὲ ἧττον φυλαττομένη βασιλεῖ προσοικοῦσα. ἔστι δ' ὅτε αὐτοῖς συλλαμβανομένη. Rhodios ad defectionem compulit, ijsque libertatem ademit, Demosth. Orat. d. φανήσεται δὲ ὁ μὲν πρυτανεύσας

ταῦτα,

ταῦτα, καὶ πείσας Μαύσωλος φίλος τῶν Φασηλιτῶν Ῥοδίων, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος. Homo fuit hiante auaritia, atque imminente, quare nullum fuit officium tam sanctum, atque solemne, quod proditione, auaritiæ causa non imminuerit, atque violarit, & pecuniarum causa nihil intentatum reliquerit. Harpocratio ex Theopompo, & ex Harpocratione Suidas. Varios illius modos pecuniæ extorquendæ habes apud Aristotel. Oecon. lib. 2. & Polyænum Stratag. lib. 7. Amicos æquè, ac inimicos fæda proditione deceptos confecit. Hinc lucro inhians à Persis ipsis defecit contra Artaxerxem, vnà cum cæteris Græcis militans; Diodorus lib. 15. Annis XXIV. regnum tenuit.

Illi successit Artemisia soror, & vxor, Diodorus lib. 16. Mulier Mausolo ipso neque ingenio, neque consilio, neque viribus inferior, priuatæ vtilitatis causa æqua, & iniqua omnibus, gloriæ auidissima, quando etiam ex herbis illam quæsierit. Plinius lib. 15. cap. 7. *Mulieres quoque hanc gloriam affectauere, in quibus Artemisia vxor Mausoli, adoptata herba, quæ antea Parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithya cognominatam putant, quoniam priuatim medeatur feminarum malis.* In Plinij verbis duo sunt notatione digna, vnum est, Artemisiam ab Artemide cognominatam, quòd feminarum

malis mederetur, idque nonnullorum opinione. Ita eſt. Inter alios Auctor carminum de Herbis.

Ἀρτέμιδος βοτάνην τε συνώνυμον, ἀστέρ᾽ ἐπιφώσκειν
Ἠῶ μέλλοντος ἐπὶ χθόνα φέγγος ἐρυθρὸν,
Ἥντινα τοξῖτιν ἄνδρες ἐφήμιζαν, ἢ βοτρυΐτην. &c.

His vides ſine ratione Plinium à Dalecampio accuſari, quaſi cum Artemiſia Botryn confudiſſet, cùm hoc quoque nomine Artemiſiam cognominatam hic Auctor dicat. Sic etiam Vegetius lib. 3. Hippiatric. cap. 39. radicem Artemiſiæ *Dianinam* vocat, & à nonnullis Dianium inſula *Artemiſium* dicitur. Alterum eſt Artemiſiam ab Artemiſia Mauſoli vxore fuiſſe adoptatam, ab eaque nomine Artemiſiæ inſignitam. Artemiſiam tamen ſic ab Hippocrate nuncupatam ante dictæ Artemiſiæ tempora in eodem Hippocrate reperio. Artemiſia namque Mauſoli vxor Hippocrate poſterior eſt, cum Iſocratis, Demoſtheniſque temporibus floruerit. Quare herbam hanc ſi ab Artemiſia Regina nomen habuit, non ab ea, quæ Mauſoli fuit, ſed ab Artemiſia Lygdamidis filia, quæ Perſico bello viuebat, nomen vſurpaſſe veroſimilius eſt. Error Plinij ex eo potuit eſſe, quòd plerique Scriptores has Artemiſias confunderent, & earum actiones; & res geſtas vnius per ſummam imprudentiam alteri tribuentes non inter diſtingue-

guerent. Stratagema Artemisiæ contra Rhodios habes apud Vitruuium lib.2. cap.8.

Amore tamen extincti mariti celeberrima, quippe illo mortuo cineres illius ebibit, diuisionisque moram non ferens contabuit, sepulcro memoratissimo, quod ab illo Mausoleum vocauit, extructo; Strabo, Harpocratio, & Cicero Tusculan. Quæst. lib.3.

Græciæ præcipuos oratores, & magni nominis conuocauit, vt mariti laudes posteritati oratione etiam commendarentur, quæ, vt accuratiores existerent, præmijs propositis laudatorum ingenia exercuit. Plutarchus in vita Isocratis de eodē; Anonymus in Olymp. Descrip. ad Olymp. CIII. annum I. Isocrati Theopompum Gellius lib. 10. cap.18. Theopompo Theodectem Naucratitem adnectit. narratque in eo certamine Theopompum vicisse, & Theodectæ Tragædiam, *Mausolum* extare, in qua eum magis quàm in prosa placuisse ex Higino in Exemplis refert. Suidas in Theodecte non Isocratem Oratorem, sed alium quendam Apolloniatem in Mausoli laudes funebrem Orationem habuisse cum alijs tradit, illisque addit Erytrhæum Naucratem, & vicisse Theodectem in Tragædia, quamuis alij Theopompum dicant. Et nescio quanam ratione Theopompum hunc Chium celebrem historicum, qui cum Theo-

Digitized by Google

decte, & Naucrate, siue Isocrate in certamen eloquentiæ venit, inter Tragædiæ Auctores referat Martinus Delrius Prolegom. lib. 1. de Tragædia in Senecam, cap. vltimo.

Sepulcrum tamen Mausoli maximè admirata est antiquitas, interque Septem Orbis Spectácula annumerauit; Strabo lib. 14. Propertius lib. 3. Eleg. 11. Martialis lib. 1. Epig. 1. Mela lib. 1. cap. 16. Gellius lib. 10. cap. 17. Pausanias in Arcadicis. Valerius Maximus lib. 6. cap. 6. Cassiodorus lib. 8. 15. Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. Ex hoc etenim sumptuosissimo Sepulcro reliqua sepulcra immania Mausolea nominabantur. Martialis lib. 5. Epig. 65.

Iam vicina iubent nos viuere Mausolea,
Cum doceant ipsos posse perire Deos.

De Mausoleo Augusti, Strabo lib. 5. Suetonius in Octauiano Augusto. Marlianus lib. 6. cap. 18. Iosephus in Antiquitatibus Iudæorum, Danielem Ecbatanis Mausoleum fabricasse perhibet, in quo Medorum, Persarum, Parthorumque Reges sepelirentur.

Tempus iam est Mausoleum ipsum aspiciendi, quæque fuerit eius facies aperiendi cum Vitruuio, & Plinio. Vitruuius lib. 2. cap. 8. de Mausoleo. *In media* platea Halicarnassi *Mausoleum, ita egregijs operibus est factum, vt in septem Spectaculis numeretur. In summa*

arce media Martis fanum habens statuam Colossi, quam Acrolithon dicunt, nobili manu Leocharis factam. Hanc autem statuam alij Telocharis, alij Timothei putant esse, in cornu autem summo dextro Veneris, & Mercurij fanum ad ipsum Salmacidis fontem: & infra. *Relinquitur nunc quoniam ad explicationem mœnium eorum sum inuectus, tota, uti sunt, definiam. Quemadmodum enim dextra parte fanum est Veneris, & fons suprascriptus, ita in sinistro cornu regia domus, quam Rex Mausolus ad suam rationem collocauit. Conspicitur enim ex ea ad dextram partem forum, & portus, mœniumque tota definitio, sub sinistra secretus sub montibus latens portus, ita ut nemo possit, quid in eo geratur aspicere, nec scire, ut rex ipse de sua domo remigibus, & militibus sine ullo sciente, quæ opus essent, imperaret.* Plinius lib. 36. cap. 5. *Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin, & Timotheum, & Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælauere Mausoleum. Sepulcrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obijt Olympiadis centesima anno secundo: opus id, ut esset inter septem miracula, ij maximè artifices fecere: patet ab Austro & Septentrione sexagenos ternos pedes, breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos XI. attollitur altitudine XXV. cubitis; cingitur columnis XXXVI. Ab Oriente cælauit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leochares, priusquequàm peragerent, Regina Artemisia,*

misia, quæ mariti memoriæ id opus extrui iusserat, obijt. Non tamen recesserunt, nisi absoluto iam, id gloriæ ipsorum, artisque monumentum iudicantes: hodieque certant manus. Accessit & quintus Artifex. Namque supra pteron pyramis altitudine inferiorem æquauit XXIIII. gradibus in metæ cacumen se contrahens: In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adiecta CXL. pedum altitudine totum opus includit. Hæc postrema Dalecampio suspecta sunt, nam cùm altitudo inferioris ædificij fuerit XXXVII. pedum cum dimidio, pyramidisque par celsitas, numerus is geminatus efficit pedes LXXV. quos si ab altitudine totius operis, quæ fuit CXL. pedum auferas restabunt pedes LXV. tribuendi quadrigæ impositæ, & viginti gradibus ad pyramidis basim collocatis. Non est autem probabile altitudinem tantam fuisse quadrigæ, & graduum. Tantum opus præter vni Anaxagoræ omnibus admirationi fuit, Laertius in eius vita. Ἰδὼν τὸν Μαυσώλου τάφον, ἔφη, τάφος πολυτελὴς λελιθωμένης ἐστὶν οὐσίας εἴδωλον.

Finem hic facerem, nisi viderem multos Artemisiæ nomine deceptos, vnam tantùm fuisse, eamque Mausoli sororem opinari, in eamque omnia, quæ sub Artemisiæ nomine circumferuntur, referre. inter eos præcipuus est Robertus Stephanus in Lexico Historico. *Artemisia Regina Halicarnassi in auxilium Xerxis*

con-

Digitized by Google

contra Græcos venit, inter primores duces bellum acerrimè ciebat, quippe, vt in viro muliebrem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Hæc extincto viro Mausolo, sepulcrum fecit inter septem Orbis miracula connumeratum à Græcis Poëtis: ad funus quoque ornandum primos Græciæ Oratores accersiuit. Non libet hic alios referre. Vides Lector Artemisiam Mausoli sub Xerxis tempora ponere, quam illis temporibus nec natam quidem certum est. Fuit itaque alia Artemisia antiquior etiam Cariæ Regina, Lygdamidis filia, paterno genere ex Halicarnasso, materno è Creta, quæ consilio, & armis Xerxis copias, dum Græciam inuaderet, tutata est, virili sanè audacia, prudentiaq; plus quam Græca. Eius in rebus bellicis facinora fusè prosecutus est Herodotus lib. 7. & 8. Illius in bello audaciam, prudentiamque Xerxes expertus exclamauit, mulieres viros, viros autem mulieres factos. Illius quoque res nonnullas tam pace, quàm bello præclarè gestas præter Herodotum refert Polyænus in Stratag. lib. 8. & Pausanias in Laconicis. Pugnam naualem, dum gerebatur, Draco Eupompi filius visus acutissimi Xerxi sub platano aurea assidenti, narrabat, vt narrat Ptolemæus Hephestio apud Photium. Tandem Dardani Abydeni amore correpta, dormientis oculos eruit, verùm cum amor illius in dies magis,

ac

ac magis cresceret Deorum ira, è Leucade petra se præcipitauit, extinctaque est;

Duas item Artemisias agnouit Harpocratio. Ἀρτεμισία. δύο γεγόνασιν αὗται, Καρικαὶ γένος, καὶ βασιλίδες ἀμφότεραι, ἡ μὲν πρώτη κατὰ τὰ Περσικὰ, θυγάτηρ δ' ἦν Δάμιδος. ἧς καὶ Ἡρόδοτος μνημονεύει. ἡ δὲ νεωτέρα, ἧς ὁ Δημοσθένης. θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου, &c. In his verbis mendum grauissimum non est subodoratus Philippus Maussacus, cùm in Notis verterit, *Et filia fuit Damidis, de qua loquitur Herodotus*. Damis is nullus in historia est. Quare illius loco, Auctorum laudatorum consensu, & præcipuè Herodoti, ad quem respexit Harpocratio, dum hæc scriberet, Λυγδάμιδος reponendum est. & in versione, *Et filia fuit Lygdamidis, de qua, &c.* & Thessalus Hippocratis F. Orat. ad Athenienses. An de eadem intelligendus Aristophanes in Lysistrata est?

Εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ἧδε κἂν σμικρὰν λαβὴν,
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χειρουργίας,
Ἀλλὰ καὶ ναῦς τεκτανοῦνται, κἀπιχειρήσουσ' ἔτι
Ναυμαχεῖν, καὶ πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς ὥσπερ Ἀρτεμισία.

ΛΕΟΝΤΟΣ
ΤΟΥ ΑΛΛΑΤΙΟΥ
ΒΑΡΒΕΡΙΝΟΚΩΜΙΣ.

Μεθεὶς ζάπλουτον δῶμα, καὶ Λατινίδος
Ὕψιστον αἴσης ὄγκον, ἅτ' ὁπηδεῖ κράτει,
Δεινὰς μερίμνας, καὶ πολυστρεφῆ σάλον
Νοὸς, σκυθρωπὰς καὶ κυβερνήσεις χθονὸς,
Ἀμφοῖν ποδοῖν ἀπόπρο κοιράνου Πόλεως
Θύρης ἀφόρμα προσβόρου, κἀξ Ἀγγέλων
Ἐπωνύμοιο πρὸς Βατικανοῦ πέδας.
Ἔνθ' ἐκ μιᾶς σχισθεῖσα πρὸς δύο τρίβος
Διπλοῖς κελεύθοις ἐμπορεύεται ξένοις.
Ἡ μὲν πεδάσι, πριάσεται τ' ἀμαξιτοῖς
Ἰθὺς πλατείαις εἰς γέφυραν Μιλβίου.
Ἄλλη δ' ἐν οὔρει καμπίμοις ἕρπει δρόμοις
Πλάκεσσ' ὑποστρεφθεῖσα πρῶνας εἰς ἄκρους.
Ἔνθεν τ' ἔπειτα πολὺς ἡμεροδρόμους
Τμηθεῖσ' ὁδίτας ἀλληλεπάλληλος πλανᾷ,
Κλεινῶν θεμέθλοις τίμιος παλαιτέρων.
Σὺ δ' ἄρα δρυμοὺς καλλιπών, λείαν ταχὺς
Πέραινε λειμώνεσσιν ἐξηπλωμένην,
Τὴν καὶ κίειν εἴωθεν οὑμὸς Δεσπότης.
Ἐπεὶ δέγ' ἐξήκοντα προσβαλὼν πλέθρα, P. D. F.

Λαιᾶς

Λαιᾶς ὁδοῖο στεῖνος ἐντοδίζει, προύφερον
Οἴμοιο τρῆσε, πρός τε τ' ὕρος ἐσκόνει.
Ἀμβὰς δ' ἐν βαιὸν στῆθι, καὶ κλέαρ πατεῖς
ΒΑΡΒΗΡΙΝΟΝ, μικρὸν μὲν, εἰ πρὸς ὀλβίους
Ἕδρας ἰσώσαις, ἀφνεῶν τ' ἀνάκτορα
Πλούτων, γεράων τ' ἀπερχὲς ἐμβριθεῖς χέρας
ΒΑΡΒΗΡΙΝΑΣ, αἷς πρυβέβηκεν ἐξόχως
Τοῖσδ' ἑασιν, ὅσοι φέρτατοι βροτοῖς ἐμὲν
Ἔδοξαν ἀπλέτοισι δόξαις ἐμπρεπεῖς,
Ἄναξ, ἁπάντων, ἐμὸς, εἰκὼν οὐδενί.
Μικρὸν μὲν ἐστι κτῆμα, μικρὸν, ἀλλ' ὅμως
Χάριτος, Παφίης τε, καὶ τεραστίων πλέων,
Μουσῶν τε δῶμα, Παλλάδος θ' ἱερὸν κλέτας,
Καὶ προσδεόμενοισι πᾶσι φροντιστήριον
Νόε, μεριμνῶν, καὶ πεπνυμένων λόγων.
Τί δ' οὐ πέλωρον κτῆσις ἐκφέρει μικρά;
Σὺ γοῦν ἀπ' ἄκρης, ἧς ἐέλδεαι πάτου,
Στεινωπὸν ἀθρεῖ, πυκνὰ θ' οἷσιν ἀταρπιτοὶ
Φρίττουσ' ἀκάνθαις, καὶ δυσαντήτον τόπου.
Εὖτ' ἂν τίς ὢν ἔωργεν αἰσχρῶν, φροντίδας
Πρῶτον μεθεῖναι, καὶ μεταλλάξαι τρόπον
Πρὸς φέρτερον ἀπέρχησιν ἦθος τοῦ βίου,
Κάκτοις συναντᾷ μυρίαις, γυμνὸν κέαρ,
Οὗ προσπέφυκε, κωλύσαι πειρωμένοις.
Σὺ δ' εὖ φρονούντων μήδεσ' ἐμπεφραγμένος
Ἄτρωτος ἐκβὰς πρὸς χθόνα στήσεις πόδα,
Βρίθουσαν ἀμπέλοισι, κἀνκάρποις φυτοῖς.
Καὶ γὰρ προσῆκε νυμάτων τόσων μέτα,
Εἰς καλὸν ὁρμαίνοντας ἀμπαῦσαι μικρόν.

Μό-

Digitized by Google

Μόχθων, ὅπως ἔπειτα προθυμότεροι πάλιν
Αὐτὴν ἔχοιντο, μηδὲ κόπτοιντο δρόμου.
Οἴνας περῶσας ἄδρομος, οὐδ' αὖ πόνου,
Σκόπει κέλευθα δυσβάτοισιν ἐν νάπαις,
Τάσοι βροτῶν λείωσε μηχανορράφος
Στάθμαις πολυγνάμπτοισιν ἰθύνουσα χείρ,
Καὶ τειχέων στήριξεν ἁρμογαῖς, τὰ μὲν
Ξύλοις κρατύνουσ', ἄλλα δ' ἁπλῷ χερμάδων
Σωρῷ. ῥέουσαν ὄφρα συνδήσῃ κόνιν.
Ὅπως δὲ μᾶλλον ἐμμενῇ προσαπόρπατος,
Ζώναις κόλοψ' ἐπεῖρξεν οἷον καγκάναις,
Ῥίζαισι τ' ἐμπέδωσε πυκναῖς δενδρέων.
Καὶ γὰρ φυτεῦθεν εἰν ἀποκρήμνοις λόφοις
Ἐλαῖαι, πτελέαι θ', Ἡρακλεωτικαὶ γύαι,
Τάτ' Εὐβοεῖς, Πόντος τε, καὶ Σινωπίδος
Ἡμῖν ἄρουρ' ἧκε κάρυα, βαθυσκίων
Δένδρων γονάς. περὶ δ' ἀμφιθάλλει μυρία
Φύλλοις πνέουσα λαρὸν εὐόδμοις πόη,
Ἄλλων τ' ἐπ' ἄλλοις δενδρέων φυτεύματα.
Ψαφαρὸν τί δείδεις ὄχθον, ἢ δ' ἀδένδρεον;
Ἔσται ποτ' ἔσται, ὁ ἐν μέσῳ δὲ χρόνος βραχύς.
Εὖτ' αἱ τανυπρέμνοισιν ὀζωγκωμένα
Ὄρπηξι δένδρα, ἡ δὲ νῦν ἐμφῦσα γῆ
Κλώνεσσι δενδρωθεῖσα φυταλιά, μέγα
Ῥάχιν σκιάσῃ, καὶ πνοαῖς εὐκραέσι
Μόχθους ἀναψύξῃσιν ἱδρώτων καλῶν.
Εἰ δ' οὐ τοσοῦτον μῆκος ἀξαπεῖ δρόμῳ
Ταυτῇ δραμεῖν πάρεστι προσκεκμηκότι,
Ἴσχου, μέσῳ τ' ἀμπνεῦσον, ἵζου, ὡς φίλον,

Διασβὶς ὑπὸ πρίνοισι μειλίσσων φλόγα.
Εἰ δ' εἰς ἔρον πέπτωκας ἱερὸν φροντίδων,
Πηγασίδος τε μέμνη, ἧς ποτ' ἤρυσας
Νέκταρ, νόῳ λόχευσον ἥδυμον γόνον,
Ἔπος χαράξας εὔλογον μυστοπλόκοις.
Αὖθις δ' ἐς ὁδὸν δίωκε. μὴ τείνειν μακράν.
Ἐπεὶ δ' ἵκανες τέκμαρ γ' ἐς τ' ὄρους ἄκρον,
Ἧι πάντα γαίης ἐξαπλοῦται προσφυῶς,
Πλάνης μεταλλάχθητι, καὶ πολλὴν μέθες
Ἄντλην καμάτων, τὴν τ' αὖ μυχέων ἱδρῶτ' ἄπο
Ῥέοντα μόρξον, καὶ πολύκλυστον κόνιν.
Σὺ μὲν μόγησας, πολλὰ δ' ἐκτήσω φίλος,
Γεράων ἀνάριθμον προσλαχὼν παμπησίην.
Δίκην τε λάμψας αἰθέρων, βροτῶν ὕπερ
Ἄλλων προκύπτων, βῆθι πανθηγὲς πέδον.
Σύ μοι τε χῶρον ἀμπόλει. ὡς ἐξάλμενος
Πάντων προβαίνει κύρτα, καὶ κυκλούμενος
Μοῦνος παρ' ἄλλων πολλὸν ἐξέχει λόφων.
Φαίοις κεν ἐν μέσσοισιν ἄρχον μυρίοις
Ὑπέρβατον δούλοισιν ὀφρυὰ ἐς χθόνα
Πήξαντι, καὶ σέβασιν ἀξίωμ' ἔχειν.
Νόει δὲ λοιπὸν ἀμπέλους οἰνοφόρους,
Βότρυν γεμόντα, καὶ φερέσβιον γύην,
Καρποῖς ἐπιβριθοῦσαν ὡραίοις χρόνοις.
Νῦν γὰρ κυάμοις, νῦν ἐρεβίνθοις ἀφθόνως,
Πυροῖσι τ' ἄλλοτ' ἢ ὄφρα μὴ λέγω μακρά,
Πόνων ἀμοιβαῖς ἀντιδωρεῖτ' ἐργάτην.
Δένδρη δὲ τ' ἄλλα πανταχῆ ἐσπαρμένα,
Ἰδεῖν τὰ μὲν κάλλιστα πρὸς τέρψιν μόνην,

Τὰ

Digitized by Google

Τὰ δ' εἰς ὄνειαρ, καὶ βροτοῖσι ξύμφορα
Πλῆθος παγκαρπὲς, οὐδ' ἀριθμητὸν λόγῳ,
Παύτῃ συνάπτα ξυγκαλοῦντα πρὸς βορρᾶν.
Πολλαὶ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀτραποὶ πρὸς ὀρχάτους,
Δι' ἃς φορεῖς στείχουσι τετρυγημένας
Οἴνας ταλάροις ἄγοντες ἐς ληνοὺς· λόγοις
Εἴπερ δὲ λιτοῖς θυμὸν εὐφραίνει, ποσὶ
Κάββαινε μικρὸν αἶπος ἀλλ' ἀντίζυγον,
Ἔνθεν τὸ πρῶτον σὴν ἐπεσκόνεις βάσιν.
Θᾶσσαι καλύβην εὐεργιῶσαν, οὐδεῖ
Στέγην θίγουσαν, καὶ κατημελημένην,
Εἰκῆ χαμαὶ ῥέπουσαν, ἀνθρώποις λέχος
Ἄλλως ἀτερπέσταις, κἀλόγοις· ὅθ' ἕνεκα
Οὐρεὺς, ὄνος λέπαργος, ἀροτῆρες τε βοῦς
Φάτναις ἐν εὐχάρτοισι προσαιτούμεναι,
Αἰὲν πρὸς ἔργον εὐτρεπεῖς γεωπόνῳ
Πάρεισιν ἀνδρὶ γηπονοῦντι, καὶ χρέη
Πάντῃ μετεκφέροντι. τετράπται δὲ πρὸς
Ὄρνεις ἔποικοι παμμεγέθεις τε καὶ παχεῖς,
Ἅς τις προσείποι προσφυῶς Μελεαγρίδας.
Ἀντήνορος νῦν ὄνομα κληΐζει πόλις.
Δίσωχρα, καὶ γεράνθοισιν ἐοικότα
Τίκτουσιν ᾠά· ῥᾶστα δὲ γνεφῶσιν γοναῖς
Μείζοσιν ἢ κατ' ἰσχύν. ἡ δ' ὀσφὺς δέ τοι
Βάρει χαλασθεῖσ' ἠλιτόμηνον ἐκφέρει,
Ὠόν τ' ἀκέλυφον, ἐστεγανωθέν τ' οὐδαμῶς,
Ἄνευ τε λευκοῦ, ὠχρὸν αὖ ἐρριμμένον.
Νυκτὸς δὲ πρὶν λύγαιον ἐκχεῖσθαι κνέφας,
Παλιντρόποις πόδεσσιν ἑσμὸς εὐβότων

Αὐτοῦ

Αὐτοῦ πρὸς οἶκον, σηκὸν ἔρχεται, σκοπεῖ
Φωναῖσι πεισθεὶς, ἔντε δικτύοις μέσοις
Ἐλαθεὶς, χορευσίτ' ἐκμαλαχθεὶς ἔθατα,
Πέλλην γάλακτος ἐμπίπλησι. καί ποτε
Δώσει πρὸς εἶμα μαλλὸν, ἐς τροφὴν τόκον.
Πρόβαινε μικρόν. χῶρον ἄθρει μοι πέδου
Οὐ πολλὸν ἐξέχοντα, κύκλῳ δ' αὖ πέριξ
Τοίχοις ὅπως δεθέντα πολυστοίχοις φυτοῖς,
Κακὸς κίχλαισι, κοσσύφοις, πτηνοῖς δὲ καὶ
Ἄλλοισιν, ὥραις εὖτ' ἂν ἀεξηθῇ, μόρος.
Καὶ ταῦτα μέντοι ἀμβολαὶ μικραὶ πόνων
Ἀρετῶσιν, ἔστ' αὖθι προστετηκόσιν.
Τούτων δ' ἔτ' ἐστὶ μειζόνως ὑπαντάνειν,
Εἰ τερπνὸν ἐντυχίας εἰς ἀνάκτορον.
Λευκὸν μέν ἐστι σάκτος, ἠδὲ πάνδοθεν,
Λεῖον, προσηνὲς, ἁπλότητα Δεσπότου,
Ἠθῶν ἐπαρκές, κόσμιον, κεδνὸν νόει.
Ὃς πολλὰ πολλοῖς, κεἰς ἀναστάσεις δόμων
Ἱερῶν, ἰδ' ἔργα κοίν' ἄπλετον χέας βίον,
Κρεάσσων κτεάνων, ἄχρηστος. ἐλευθέριος γεγώς,
Οἷς ὠφέλειαν πᾶσι προσπορίζεται,
Ἐν τοῖς ἰδίοισιν ἰδ' ὡς φιλόχρυσος πέλει,
Μικροῖς ἰαίνων θυμὸν, ἔστε θεωτέροις
Χώροις ὁπλίζει χρῆμα προσκυνέστερον.
Οὐδὸν δ' ὑπερβὰς ἔνδον ἄθρει μοι τὸ πρὶν
Ἔξωθε τετράγωνον, εἴσω δ' αὖ πάλιν
Πεφυκὸς ὀκτάγωνον. ἐπεὶ γωνίας
Τοίχοις ἀποκλείζοντες εἰς αὐλὰς νέας
Διασχίζοντα δῶμ', ὡς πλειόνεσσ' ὑπουργίαις

Ἕτερ-

Digitized by Google

Ἕτοιμον ἀρχῷ δεξιώτερον φανῇ.
Κ' ἄλλας μὲν ἄλλαις νεῖμε, τὴν δ' ἀριστερὰν
Κλίμαξ ἑλικτὴ εἰσιόντος ἀμπέχει
Εὐρὺς, διαυγὴς ἐκ θεμέθλων εἰς ἄκρον.
Αἳ δ' εἰν ἐδάφει ἔασι δεξιαὶ, αὐτώπιοι
Κεύθουσι πάντα δαισὶ προσφορήματα,
Ἅτ' ὀψοποιὸς, καὶ μάγειρος ἀρτύει
Κοσμοῦντες ἁβρῶς εἴδατ', Ἡφαίστου κύνες.
Βάκχος δ' εὔχρους, καὶ μεγισταγὲς μέθυ,
Τυρός τε πηκτὸς, ὃν φάτιζ' Ἀνθοσμίαν,
Πέμπει γὰρ αὐτὸν ληκύθοις ὤτων ἄνευ
Ἀτάλαντον ἄστυ γ' Ἀνθέων ἐπώνυμον,
Ἐν τοῖσιν ὑπονόμοισι κεύθεται πολύς.
Ἔδει δ' ἐν ἄλλῳ, καὶ γὰρ οἶκος δίστεγος,
Τὴν μὲν ὑποδρομὴν, τὸ δὲ πηκτίδες σοφῶν,
Πανοψίων τε Μουσέων παιδεύματα,
Τὴν δ' ἱερὰ, καὶ τράπεζα μυστικωτάτη,
Ἐφ' ἧς Θεὸς πάρεστιν ἱερέων λόγοις
Θελχθεὶς, προσκληθεὶς, σωματωθεὶς ἀμβρότοις.
Ἔδει τ' ἐν αὐτῷ πλησίον κοιτῶν παρὰ
Κύβοις ἀνίσοις εὐτυχέστερος ῥέων,
Ἐν ᾧ λέχε' ὑπέστρωτο τοὐμοῦ Δεσπότου.
Ἄνω δ' ἐπ' αὐτὸν ἄλλος ἐστί τις ἐμφερὴς,
Ὃν βαιὸς ὕπερ ἐφιζάνει θόλος, φορῶν
Ῥάβδοις σιδηροῖς ἄκρῳ αἰωρημένην
Μέλισσαν ἀνέμων ἀκριβῆ σημάντορα.
Ἐμβὰς σὺ τῇδε παντεπόψιος, σκάπτε,
Ἐπεὶ κεῖται ὕπο τ' ἄλλα πάντα, μυρίον,
Ὡς ἐν θεάτρῳ συγκυκλούμενον βάθος,

Πῆ

Πῆ μὲν νιφάσι, πῆ δὲ δρυμοῖς, πῆ πέτροις,
Οὔρη ἀμοιβᾷ πάντοσ' ἐξεστεμμένα.
Σκόπει βαθεῖς αὐλῶνας, αἰπεινοὺς λόφους,
Κοίλας χαράδρας, καὶ βαθυρρώχμους πλάκας,
Παίους, Πόλεις, Κώμας τε, ἄστρ' ὅπως πόλῳ,
Γύαις πλατυζώνοισιν ἐξεσπαρμένας.
Καμὼν δὲ βουνοῖς ζέψον εἰς ἅλος κύτος
Γλαυκᾶς ἄπειρον, ἔνθα καὶ νῆας θοὰς
Λίνοις τανυπτέροισιν οὐριοδρομεῖν
Ὄψει τις, εἰ μή που πολυρρόθοις ζάλαις
Πόντος κυκήσει κῦμα, λευκανθῇ τ' ἅπας,
Μέλη σπαράττων, αἰθέρος μαιμῶν χύσιν.
Ἴδ' ὡς ἐν ἀφόροισι Θύμβρεις προσρέει
Δίναισι καμπταῖς, καὶ βεβορβορωμέναις.
Σιγῶ Πόλιν ἀρχοῦσαν, ἤδ' ἱερὸν Πέτρου,
Καὶ σεμνά, τάτ' ἀθρεῖν, καὶ διαμετρεῖν δυσχερές.
Σὺ δ' αὖ ἀρούραις ταῖσδ' ὥσπερ ἐν βίβλοις
Ἅπασ' Αὐσόνων ὤρυξε χεὶρ σαφῶς μάθε,
Αὐτοὺς Λατίνους, Σιλβίους Αἰνειάδας,
Ῥῶμον, Σαβίνων ἁρπαγὴν, διαλλαγάς,
Βασιλεῖς, Ὑπάτους, Μόναρχον ἰσχὺν, Ἄρεως
Ὁρμάς, θριάμβους, ζῆλον Ἡρώων, βίον.
Τίνι δὲ σοι φρονοῦντι ταῦτα φωνέω;
Δηρὸν κόπων ἀμπαύσας. ἂψ πάλιν δέχου
Κρατοὺς μερίμνας. λεῖα καὶ καταπλινὴς
Ἡ δ' οὐδός ἐστιν ἡ φέρουσα πρὸς πόλιν.
Οὐδὲν γάρ ἐστι δυσχερὲς κεκτημένῳ
Ἀρετῆς ἑδραῖον χρῆμα. τοῦ φοβῇ τυχεῖν;

Digitized by Google

Digitized by Google

gle

16

Digitized by Google